*Resp.* Cicero, quin ratio ipsa docet, rebus novis nova excogitanda nomina. Nec mirum, si per duodeviginti sæcula in Ecclesiastica & politica Republica mutata multa; in scientiis, mathematica, architectonica, nautica, militari, musica, cibaria, vestimenta, forensi, medica, hortensi bucolica &c. multa nova inventa sunt. Ejusmodi derebus cum scribendum erit, aut loquendum; cave, ne putidus sis, ac affectatus. Ut ere idiomate scholastico, cum philosopharis; architectonico, cum de ædificatione &c. sermo est. Utendum tamen Vocibus, quæ ad Latinæ rationem accedunt propius, & à Scriptoribus hodiernis melioribus, in eodem argumento versantibus adhibitæ, jamque consensu doctorum probatæ apud Nomenclatores, v. g. in *Indiculo universali Pomai Apparatu Eruditionis P. Pexenfelder*, aliosque reperiuntur. Vide Specimen de bellicis.

### Voces Rei bellicæ hodiernæ:

Generalissimus	Imperator, summus armorum Prefectus.
Feld-Marschall	Mareschallus.
General-Feld-zeugmeister	Peditatus Magister.
General der Reuteren	Equitatus Magister.
General-Feld-Wachtmeister	Aciei Structor.
Marschall-Lieutenant	Pro-Sub-Mareschallus.
Obrister über ein Regiment	Tribunus.
Obrist Lieutenant	Pro-Tribunus, Tribuni Legatus.
Hauptmann, Rittmeister	Centurio.
Lieutenant	Pro-Centurio.
Corporal	Decurio.
Regiment	Legio.
Bataillon	Cohors.
Squadron	Turma.
Compagnie	Centuria.
Corporalschaft	Decuria.
ganze Carthaunen	Primæ formæ tormenta.
halbe Carthaunen	Mediæ formæ tormenta.
Feld-Stücke	Castrenses machinæ.
Feld-Schlangen	Colubrinæ.
Mörser	Mortaria.
Bomben	Pilæ ignivomæ.
Granaten	Pilæ granatæ.
Hagel-Geschütz	Tormenta grandifera.
Pasteyen	Propugnacula.
Eortine	Corina.
Muselin	Propugnaculum à mœnibus adjunctum.
Easamaten	Cæcæ cryptæ.
Contrescarpe	Pars fossæ mœnibus adversa.

## CAPUT SECUNDUM.

De Puritate seu Proprietate, quæ est in Sententiis.

*Quid Sententiæ nomine intelligis? & quænam est ejus Puritas? Responsio:*

**S**ententia idem est, ac Constructio integra, seu sensus Nomine & Verbo completus. Ad ejus Puritatem haud satis est, quod verba singula proba sint & Latina, nisi structura item Verborum Latinæ Lingvæ ingenio consentanea sit. Quemadmodum è lapidibus etsi pulcherrime quadratis ædificium inæquale & vitiosum surgere potest.

*Quibus vitiis leditur Latinæ Sententiæ Puritas?*

*Resp.* Solæcismo & Barbarismo. De *Solæcismo* vitando Syntaxis præcipit, Regulæque tradit Constructionis emendatæ. Harum tamen Regularum vel neglectu; vel ignorance factum est, ut horrida adeo, puerisque ridenda evaserit oratio eorum, qui ante Maximiliani I. tempora, ducentos nempe & amplius ante annos, scripsere, quorum libri etsi minime indocti, ob styli squalorem à paucis continguntur. Quosdam Solæcismos ita sibi fecerunt familiares, ut velut jus civitatis adepti viderentur. In quas Grammaticæ Regulas offenderiat maxime, habeto Specimina aliqua.

Solæ-

## Solœcismi apud Scriptores Lignæ Ætatis crebriores.

1. Regula Syntaxis est: *Post voces: adeo, ita, sic, tam, talis, tantus, nunquam ponitur quod, sed ut cum Coniunctivo.* Quia vero inter *quod & ut* nullum Germanis, Italis, Gallis, Hispanis discrimen est, sed eadem voce, *daß, che, que*, utrumque effertimus, idem in Latino fecere tam liberaliter, ut prope nullus Solœcismus apud antiquos crebrior sit. Sic legas:

*Ita fuit miratus, quod fecit crucem super crucem.  
Tantus fuit exercitus, quod non potuit numerari.  
Ita studuit, quod fuit pallidus.  
In tantum iratus est, quod nihil vult audire.  
Adeo fuit calidum, quod præ sita manserint.  
Tam cæcus est, quod nec solem potest videre.*

2. Grammaticæ præceptum est, *ut post verba: eventus, necessitatis, voluntatis, rogatus, monentis, mandantis, non quod, sed ut adhibeatur.* Contra illi:

*Accidit, quod hostis noctu irrumperet.  
Evenit, quod tam multi dormirent.  
Neesse est, quod præfectis obediât.  
Rogo te, quod mihi aliquas novitates perscribâs.  
Volo, quod statim illi litteram scribas.  
Monuit illos, quod hostem non nimis longe persequantur.  
Mandavit, quod statim castra debeant moveri.*

3. Per Syntaxin verbum *videor* Coniunctionem *quod* refugit. Non refugiant isti, dicuntque:

*Videbatur omnibus, quod magnus periculum foret.  
Videtur, quod erit magna tempestas.  
Videmur nobis, quod sumus docti.*

4. Jubeo fere Infinitivum petit; isti Coniunctionem *quod* subjungunt:

*Jussit, quod prædam dividant.  
Jusserat, quod sine mora naves conscenderent.*

5. Coniunctioni *quod* passim Indicativum tribuunt, quem tum solum admittit, cum causalis est, & loco *quia* adhibetur. Sic ajunt:

*Nunciavit illis, quod ipsi res bene succedat.  
Jam constat, quod tu fuisti auctor sceleris.  
Dixit, quod non vult amplius illius amicus esse.*

6. Interrogativa Coniunctivum petunt, nisi vel interrogent, vel relative ponantur. Hæc regula olim & hodie apud pueros miserrimè creberrimèque vapulat: v. g.

*Statim conjecturavi, quid est.  
Scimus, ubi anguis latet in herba.  
Dens scit, quomodo huc venit.  
Apparet ex hujus Regule ignorantie, quam parum scitis.  
Interroga eum, quare abiit.  
Vide, quantum constat.*

7. Reciproco *sui & suus* utimur, cum Persona in se ipsam, vel res possessa in possessorem transit, sed illi & quam liberaliter: v. g.

*Multum valui apud illum, quando fui suus discipulus.  
Venit mecum frater, & narraui sibi, quid mihi nuper acciderit.  
Hæc fecit apud Raymundum, quando fuit in exercitu suo.  
Degenerabit puer, quia mater sibi semper dat pecuniam.  
Dic quæso, quomodo valet suus pater?  
Prostravit eum ad terram, & abegitavit equum suum.  
Ita bene rhythizat, quod sibi nullus par est in Poesi.*

8. Cum Germanis nullus sit Ablativus sine Præpositione, hæc illi in Latino quoque adhibent, etsi sit Ablativus Temporis: v. g.

*In diebus illis; in mense Octobri; in illo anno; in media ætate; &c.*

## vel Ablativus Instrumenti:

*Cum malleo eum ad caput percussit.  
 Perfudit me cum aqua frigida.  
 Non possum scribere cum creta.  
 Cum digitis mensurant supra illum.  
 Liber in catena ligatus.*

## vel Casus Loci communis: v. g.

*Ex Francofordia; In Roma; Profectus ad Parisiam; Natus in Colonia; Studet in Vienna.*

## vel Ablativus: v. g.

*Vendidit pro duobus anreis.  
 Emit pro decem denariis.*

9. Post verba: Audio, jubeo, curo, sino, permitto, patior, &c. Verbum subsequens, nisi Persona agens addatur, in Infinitivo Passivo ponitur. Illi contra:

*Faciam hunc librum imprimere.  
 Fussit eum ad tribunal citare.  
 Curavit sibi vestem facere.*

## 10. Deponentia nec timide Passive construunt: v. g.

*Diu sumus ab hoste persecuti.  
 Mors tanti viri stupende fuit lamentata.  
 Omnes adverterunt, quod sit mentitum.  
 Redux è bello filius sine fine à matre osculatus fuit.  
 In illa die bis præliatum est.  
 Jam satis de hac re fabulatum est.*

## Mittuntur iisdem subinde terminatione Activa: v. g.

*Tua epistola me consolavit.  
 Deprædavit totam terram hostium, &c.*

## 11. Occurrent item contra Regulas alias Solæcismi varii; ut:

*Studet in Poetica, in legibus.  
 Accusavit eum propter furtum.  
 Cur mihi non juvas, sicut juvavisti aliis?  
 Est similis ad illum.  
 Iratus est necum.  
 Iratus est super eum.  
 Scribe, an est tibi necessarium?*

## Remoto Solæcismo jam pura erit Sententia?

*Resp.* Minime, nisi ipsi modi loquendi item sint proprii, id est, classicis Auctoribus usitati, ac Latinitatis mori conformes. Lingua cuiusvis sui sunt velut domestici loquendi Modi; seu loquendi Genera, seu Phrasæ, seu Idiotismi, seu, quod Latine sonant, Proprietates. Inde fit, ut quamvis sensus quivis in qualibet lingua exprimi possit, multæ tamen sint Sententiæ, ad quas exprimendas in alia lingua Verba alia adhibere oporteat.

## Da exemplum:

*Resp.* Opus est numeris absolutum. Latinus est loquendi Modus. Si Germanice vertes: Numerus, eine Zahl, omnis, alles, absolutus, vollendet; Dis ist ein Werk von allen Zahlen vollendet; inepta foret & barbara dictio. Germani dicimus: Dis ist ein in alien Stücken ausgemachtes Werk. E converso, einem die Stange halten, Indiotismus est Germanicus. Si Latine veritas, alicui perticam tenere, monstrum fuerit. Aliis enim verbis Latini sensum eundem exprimunt, dicuntque: Partes alicujus mæri; alicui præsidio esse.

## Quid igitur est Barbarismus Sententiæ?

*Resp.* Præter alias Species foedissimus est & frequentissimus, cum Idiotismum Germanicum seu modum loquendi Germanici proprium in Latinum invehimus, sic ut non tam Sententia Sententiæ, quam Verba ipsa Verbis singulis respondeant. Ut si assidentem Magistro accules; Der Bub giebt mir keinen Fried; Iste puer mihi non dat pacem. Hat mir Ehrfeigen gegeben, Dedit mihi colaphos. Hat mich beyrn Haar genommen; Accipit me apud capillos. Quid hac Latinitate barbarum magis & impurum? Latini Sententias eadem in hunc modum reddunt: Iste puer me inquietat; Colaphos infregit; Capillos ulsit.

*Atqui*

*Atqui passim sic loquimur?*

*Resp.* Hoc nempe malum illud est cum tanta Latinitatis strage tam latè pervagatum. Nec pueri solum ita loquuntur, sed Luceæ, de qua meminimus, & Etatis Scriptores plerique Germanismis ejusmodi, Italismis, Gallicismis, Polonismis, scripta sua inquinaverunt adeo, ut è scribendi genere distinguere liceat, Italus, Gallus, Germanusve fuerit autor. Certe Germanus est piissimè opusculi autor, cujus ea sunt: *Si scires totam Bibliam interius & exterius, wann du die ganze Bibel aus- und innwendig fortest. Habe oculum super te, ich habe ein Auge auf dich. Teneas te apud Dominum, halte dich bey dem Herrn. Ecce, quam bonam vitam habet ille, siehe, was gutes Leben hat jener, &c.* Modi hi loquendi Germanis proprii nequaquam iisdem verbis reddendi, sed retento sensu eodem. Modi loquendi Latinæ linguæ proprii substituendi erant in hunc modum: *Si Biblia tota memoria teneres. Attende tibi. Confide in Domino. Quam commode vivit ille &c.* Observationes quasdam, cum generales, tum singulares de frequentioribus ejusmodi Germanismis subijcio cum indiculo sententiarum aliquot barbararum, quas apud permultos in usu sunt.

### Observationes quædam Germanismorum magis vulgarium.

1. Finitus apud Latinos in Infinitum convertitur, omissa Conjunctione, quod post verbum sensum: Video, audio, sentio, cogito, puto, ajo, refero, narro, nego, &c. Ex *Affectuum*: Gaudeo, miror, doleo, spero, &c. Idque adeo Latinæ proprium est, ut quidam pro Solæcismo habeant: *Dico, quod; Scio, quod &c.* certe apud Probos Autores rarè reperias. Quia tamen hunc Infinitivum Germanice reddere non possumus, sit, ut passim audiarur, & apud Ligneos Autores legatur:

*Dicunt quod non sit ita; negant ita esse.*

*Spero, quod erit alius; altam fore*

*Mirum quod nondum adveniret? nondum advenisse.*

*Dicunt, quod Turca vicerit ego nunquam credam, quod Christiani fugerint; Turcam vicisse; Christianos fugisse.*

2. Verbum necessitatis, seu *debeo*, è Latinæ Genio ferè in Participium Futuri *deurus* convertitur. Rudioribus sæculis id parum observabant:

*Das muß wahr seyn, hoc debet esse verum; hoc verum est.*

*Ihr müßt wissen, daß ich kein Narr sey, debetis scire, quod non sim stultus; scitote, me stultum non esse.*

*Debetis illum monere, quod debeat sæpius scribere, alia ego debebo nihil amplius illi mittere; Monendus est, sæpius ab ipso scribendum, alioquin nihil porro à me illi mittendum esse.*

*Judico, quod pueri non debent habere pecuniam; pueris non habendam.*

*Non video, quare debetis ridere; cur ridendum sit vobis.*

*Debes tacere cum tua laudem de laudibus tuis tacendum est.*

3. Verbum *volo*, *ich will*, Germanis frequentissimum est. Id Latini vel Future reddunt, vel omittunt omnino, ejusque Tempus Verbo subsequenti tribuunt: v. g.

*Ich will ihn schon finden, jam volo invenire illum: jam eum deprehendam.*

*Audio quod vultis alio migrare; vos alios migraturos.*

*Volo apud te prandere; prandebo.*

*Libenter vellem scribere, si libenter scriberem, si.*

*Ich wünsche, daß ihr lang leben wollet, opto, ut diu vivere velitis; vivatis.*

*Si habuissem, voluissem dare; dedissem.*

4. Similes Germanismos parit verbum *possum*; Germanicè usurpatum; id est, quando vel *Emphasis causa*, vel loco: *Scio, intelligo, calleo, peritus sum, adhibetur.*

*Emphasis causa:*

*Der Mensch kan sich plagen, iste homo se potest fatigare; ut iste se fatigat.*

*Vellem ut semel posses ad me venire; ad me venires.*

*Non possum esse tam piger, quam vos: non ita piger sum.*

*Iste homo potest clamare in disputando; ut clamat in disputando.*

*Loco: Scio, Intelligo &c.*

*Potest bona carmina facere; scit.*

*Non possunt legere Hebræum; non sciunt, callent.*

*Potest pulchre ludere in organo; scit probe organo canere.*

*Quid ego possum contra? quid ego repugnem? quid id mea refert?*

*Ego possum enigmata solvere; peritus sum solvendi.*

*Ego non possum Mathesin; non calleo.*

5. Germani loco Partitivi, aliquis, quidam, &c. suum cini, unus, usurpant; quod cum Numerales sit tantum, in Latino planè absennum & barbarum sonat. Hoc Barbarismi genere vulgè & pueri sermonem, & boni illi Autores libros suos inquinant;

*Ista est una horrenda impertinentia; insolentia insignis.*

*Timeo quod erit adhuc unum magnum disturpium; timeo, ne magnæ turbæ existant.*

*Ego tibi parabo unum lixiqium, ich will dir eine Saugè zu richten; malum tibi adorno,*

*Fuit unus bonus amicus apud me; quidam.*

*Incessit in uno habitu mirabili; in habitu, vel habitu potius.*

*Nuper una fuit iustificata; quædam capite plexa.*

*Si esset adhuc tam magnus, esset respectu vestri unus puer; si altere tantq major sis tibi comparatus puer erit.*

*Fuit semel unus Rex; quondam quidam Rex.*

6. Aequè frequenter, nec minùs barbarè completivè illa Germanorum particula, *wobl, benè*, in Latinum invehitur, v. g.

*Est bene unus vilis homo: vilis homo,*

*Est benè dolendum: dolendum.*

*Potuisses id benè facere; facere id potuisses,*

*Benè tibi credo; satis credo.*

*Benè permittes stare, du wirst es wobl stehen lassen, rem suo loco relinques,*

*Ego benè tibi notabo, ich werde es dir wobl merken, notabor, memor ero,*

*Est benè res lepida, es ist wobl eine seltsame Sache, res est lepida, &c.*

*Nota; Quod ejus loco Latini utantur particulis, sanè, certè, probè, &c.*

7. Germani post particulam conditionalem, *si, wann*, subjiciunt *tunc*, sò: v. g. *wann du willst, so komme, si vis, tunc veni.* Illud *tunc* omittendum est sèpè in Latino nec enim dicimus; *Si vales, tunc benè est.*

*Si me interrogasses, tunc dixissem.*

*Si aliquid habes tunc mihi mitte.*

*Si pluerit, tunc manebo domi.*

Idem *tunc*, pro *hernach*, à simplicioribus, præsertim in narrando, odiosissimè reperitur, & Latinis planè intolerandum est; uti & Formulæ istæ: *Deinde dixit, deinde respondit &c.* v. g. *Tunc narravit mihi unum exemplum: Venit unus Judæus baptizatus in agone, tunc jussit portare leporem & canem, & dixit: Pemitte eos currere. Tunc equi statim apprehendit leporem. Postea iterum jussit currere unum cattum & murem; & cattas apprehendit murem. Tunc dixit presentibus: Sic est Judæus, qui nunquam dimittit fidem suam, & ego volo bonus Judæus mori. Tunc dixerunt illi: Nunquam fuit bonus Christianus &c.* Ut Germanitas hæc ope Participiorum evitanda sit, capite sequenti tractabitur.

## Germanismi singulares;

*Non fiet hoc in omnem æternitatem, dieß wird in Ewigkeit nicht geschehen, id nunquam fiet.*

*Non tenebo illud pactum, jenen Vertrag werde ich nicht halten, non stabo pacto.*

*Iste puer est falsus, dieser Knab ist falsch, mendax, subdolis.*

*De hac re non possum audire, ich kan von dieser Sache nicht hören, mentionem hujus rei non fero.*

*Loquuntur ad invicem in silentio, sie reden in der Stille miteinander. secretò inter loquuntur,*

*Pro magna mea fortuna, für mein großes Glück, bona mea fortuna, meo bono.*

*Arrisit me, er hat mich angelacht, arrisit mihi.*

*Eas ad patibulum, gebe zum Galgen, abi in malam rem.*

*Habe patientiam cum illo, habe Gedult mit ihm, fer, tolerato hominem.*

*Est tremendus nebulo, er ist ein erschrecklicher Bösewicht, insigniter nequam.*

*Permittas, me videre hunc librum, laß mir dieses Buch sehen, da videndum.*

*Est quod adhuc pius est, und was noch mehr ist, quid; quod; & quod amplius est,*

Ap.

*Appetitum tenere in freno*, seinen Appetit im Zaum halten, frænare, coërcere libidines.

*Non facias, noli facere*, thue es nicht, ne feceris.

*Hoc semel pro semper dictum sit*, dieß sey ein- für allemal gesagt, hoc semel dictum esto.

*Volo parvam tecum loqui*, ich will ein wenig mit dir reden, paucis te volo.

*Quomodo significat ille puer?* wie heist der Knab? qui? quo nomine vocatur?

*Oportet dicere, quod veritas est*, man muß sagen, was die Wahrheit ist, oportet rem dicere.

*Loquitur culinarium Latinum*, er redet Küchen-Latein, male Latium loquitur.

*Exest cum isto homine*, mit diesem Menschen ist es aus, perditus est hic homo.

*Hic homo totaliter se perdit*, der Mensch verliehret sich völlig, totus desipit.

*Melius stat cum illo*, mit ihm steht es besser, melius agitur cum illo.

*Facit turpes vultus*, er macht wilde Gesichter, vultum detorquet.

*In persona adfuit*, er ist in Person da gewesen, ipse coram adfuit.

*Mittam, vel ibo pro illo*, ich werde um ihn schicken, oder gehen, accersam, vel vocabo illum.

*Dedit mihi multum ad agendum*, er hat mir viel zu schaffen gegeben, multum mihi negotii fecit.

*Non possum illum pati*, ich kan ihn nicht leiden, non fero hominem.

*Est mihi plane contrarius*, er ist mir gar zu wieder, odiosus mihi est.

*Scit bene circuire cum hominibus*, er weiß mit den Leuten wohl umzugehen, scit agere cum hominibus, tractare homines.

*Bonus vir non habet cor*, der gute Mann hat kein Herz, nihil habet animorum.

*Factus est totus albus præ timore*, er ist ganz weiß worden vor Furcht. impalluit timore.

*Timuit usque ad mortem*, er hat sich zu todt gefürchtet, metu, exanimatus est.

*Unum oculum claudere*, ein Aug zumachen, connivere, indulgere.

*Forcum fecit in charta*, er hat eine Gau gemacht auf dem Papier, litturam fecit.

*Jam est melius cum illo*, es ist schon besser mit ihm, melius habet, valet.

*Ille me plane vult annihilare*, er will mich gar vernichten, contemnit me.

*Est homo valde illuminatus*, & in Philosophia profundus, er ist ein sehr erleuchteter und in der Philosophie tiefsinniger Mann, vir est plane perspicax, & reconditæ doctrinæ.

*Semper me vexat cum ista re*, er vexirt mich alleweil mit dieser Sache, id mihi usque oggerit; ea re me divexat.

*Est magnus sermo, quod, es ist eine starke oder grosse Rede, daß ic. multus est sermo quod.*

*Semper mihi mala loquitur*, er redet mir allezeit übel nach, mihi maledicit,

*Volo vobis semel unum specialem honorem facere*, ich will euch einmal eine besondere Ehre anthun, alias singulari vos honore accipiam.

*Vide, ut non facias amplius*, schau, daß du es nicht mehr thust, vide, ne iterum feceris.

*Debes discere, qualis sim*, du mußt lernen, wer ich sey, ostendam, quis sim.

*Jam te docebo, bonum facere*, ich werde dich schon lernen gut thun, jam te docebo.

*Pro tuo honore id memoravi*, ich habe dieß zu deiner Ehre gesagt, tui honoris, tui causâ.

*Nulli permittit requiem*, er läßt keinem keine Ruh, neminem non inquietat.

*Jam te inveniam*, ich werde dich schon finden, non me effugies.

*Dammum est, quod sit tam parvus*, es ist Schade, daß er so klein ist, malum, quod ita pusillus est.

*Ne habes mihi pro malo*, habe mir nichts für übel, ne vitio vertas.

*Ille mecum bene putat*, er meynt es gut mit mir, optimam voluntatem gerit, animo optimo.

*Jam me imponam*, ich werde mich schon einstellen, non ergo ingratus.

*Iste homo scit se invenire*, der Kerl kan sich finden, solers est & industrius.

*Habet bonum garribile*, er hat ein gutes Red-Haus, sane loquax est.

*Iste juvenis semper speculatur super sua scripta*, er speculirt immer über seine Scripta, assiduò meditatur.

*Semper est infirmus*, er ist immer krank, identidem ægrotat.

*Dedit suam sententiam contra illum, er hat wider ihn seine Stimme gegeben, adversus illum sententiam dixit, tulit.*

*Facies me irratum, du wirst mich toll machen, ad iram moves.*

*Quid ex hoc puero fiet? Was wird aus diesem Knaben werden? quid hoc puer o fiet?*

*Tunc veniunt huc cum sua Latinizatione, & putant, se magnos Hunsos esse. da kommen sie mit ihrem Lateinischen daher, und meinen, sie seyen grosse Haunsen, jactant suam Latinitatem, eaque se efferunt.*

*Quomodo sic me semper potestis tribulare scribendo? wie möcht ihr immer mich also mit Schreiben tribuliren? ecquid toties me litteris fatigas?*

*Multae sunt Latinis Idiotismi seu proprietates, qui non nisi aliis verbis Germanicè verti queant?*

*Resp. Magna sui parte Latina cum Germanica convenit, abundat nihilominus Phrasibus, seu loquendi generibus, in quibus omnino discrepat. Discrepantias has in Flore Latinitatis pulchrè expressas, collectasque reperias, v. g. in Verbo Mitto: Aliquem missum facere. Germanis est: einen meiden, abdanken, Nuncium alicui mittere, eifern aufkündigen, absagen &c. Mittre sanguinem, zur Ader lassen. Mistere sub jugum, überwinden &c. Plura exempla adjungo in Verbis; Facio, Sto, Eo, Teneo, Maneo; Nominibus: Animus, Pare, Praesens, Projectus. Ubi nota: Idiotismos tantum afferri, omittis iis, in quibus Verba eadem ac Nomina Germanicæ versionis etiam ad verbum respondeant.*

## Idiotismi Verborum aliquot & Nominum Latinorum:

### Facio.

*Conjecturam facere, muthmassen.*

*Impetum facere, einen angreifen.*

*Quid illo factum? wo ist er hinkommen?*

*Nihil reliqui fecisti? hast du nichts übrig gelassen?*

*Facere strenuè, sich tapffer halten.*

*Quid facerem? was wäre zu thun?*

*Facere gratiam delicti, nachsehen.*

*Mercaturam &c. facere, Kaufmannschaft &c. treiben.*

*Facere pecunias, Geld sammeln.*

*Facere copias, Volk aufstreiben.*

*Nihil ad rem facit, es taugt nichts zur Sache.*

*Cum aliquo facere, mit einem halten.*

*Exemplum facere, ein Exempel stellen.*

*Facere damnum, naufragium, jacturam, Schaden, Schiffbruch leiden.*

*Paries vitium facit, die Mauer ist schadhafft.*

*Magni facere, hochschätzen.*

*Missum aliquem facere, einen entlassen.*

*Facita esse, gesetzt, dem seye also.*

*Diis facere, den Göttern opfern.*

*Bellum alicui facere, einen bekriegen.*

*Verba facere, eine Anrede halten.*

*Facere discessionem, von der Meynung weichen.*

*Facere insidias, einem nachstellen.*

*Facere iusta, begraben.*

*Contumeliam facere, einen schmähen.*

*Fidem facere, beglaubigen.*

*Operæ pretium facere, thun, was der Mühe werth.*

*Compendium facere, einen Nutzen schaffen.*

*Sui copiam facere, zu sich einen Zutritt gestatten.*

*Vela facere, seegeln.*

*Foenus facere, wuchern*

### Sto.

*Stare ab aliquo, eines Parthey halten.*

*Stare animis, standhaft, beherzt seyn.*

*Stare promissis, Versprechen halten.*

*Stare judicio alieno, eines andern Meynung halten.*

*Scat mihi sententia, ich bin entschlossen.*

•Vid.



Victoria multo sanguine stetit, der Sieg hat viel Blut gekostet.  
 Meliore loco stamus, es steht mit uns besser  
 Per te stat, quò minus id fiat, es steht bey dir, daß solches nicht geschieht &c.

*Eo.*

Ire in sententiam alterius, eines andern Meynung Beypflichten.  
 Ire in alia omnia, ganz widriger Meynung seyn.  
 Ire inficias, läugnen.  
 Ire in possessionem, Besitz nehmen.  
 Ibit in duplum, es wird doppelt müssen bezahlt werden.  
 Mores eunt præcipites, die Sitten gehen Berg-ab.

*Teneo.*

Tenere provinciam, eine Verwaltung auf sich haben.  
 Tenere locum aliquem in republica, eine Stelle oder Dienst bekleiden  
 Teneri voto, zu Vollziehung seines Gelübds gehalten seyn.  
 Teneri studio alicujus rei, eine Lust zu einem Ding haben.  
 Magna me spes tener, ich habe grosse Hoffnung.  
 Odium nostri eos tenet, sie hassen uns.  
 Tenetur ejus avaritia, sein Geiz ist Welt-kündig. 3

*Maneo.*

Aliquem manere, auf einen warten.  
 Manere promissis, Versprechen halten.  
 Magna eum poena manet, es wartet eine grosse Straf auf ihn.  
 In officio manere, seine Pflicht beobachten.

*Animus.*

Animi causa, für eine Kurzweil.  
 Animo aliquid agitare, etwas bey sich überlegen.  
 Animo morem gerere, seiner Neigung nachgeben.  
 Animo hæc exciderunt, diese Sachen seynd mir aus dem Sinn gefallen

*Pars.*

Primas in dicendo partes tenet, er ist der beste Wohlredner.  
 Tuarum partium est, es ist deine Schuldigkeit.  
 Partes Cæsaris sequitur, er ist auf des Cæsars Parthey oder Seite.  
 Pro virili parte, nach Vermögen.  
 Primarum partium, er ist unter den Vornehmsten.  
 Nullam in partem tuâ interest, es gebet dich gar nichts an.

*Præfens.*

Præfens cum eo egi, ich habe mit ihm in Person gehandelt.  
 Venire in rem præsentem, den Augenschein nehmen.  
 Præsentem pecuniam solvere, baar bezahlen.  
 Remedium præsentissimum, das sicherste Mittel.  
 Præfens venenum, ein schnelles Gift.

*Projectus.*

Projectus puer, Findel-Kind.  
 Rupes in mare projecta, ein in das Meer hinauslaufender Fels.  
 Tectum in viam projectum, ein auf die Gasse hinaus hangendes Dach.  
 Homo ad audendum projectus; vel projecta audaciâ, ein Frecher Waghals.

*igitur Phrasibus seu Idiotismis exceptis Latina omnia ad verbum  
 in Germanicum convertere potero?*

*Resp.* Certè. Itaque de juventute litteraria bene meriti sunt, qui excerptas  
 è Cicerone, Nepote, Cæsare, Livio, Curtio, &c. Phrasas Latinas Germanicè veritas,  
 id est, Phraseologiam Cornelianam, &c. edidère, His instructus Tyro sedulus, mar-  
 te suo, seld Dictionariò adhibitò, ad legendos Autores accedere poterit. Pro Ex-  
 emplo sit Epistola 15. L. 14. quam nullò propè verbulò mutato accommodè Ger-  
 manicam facies:

Constitueramus, ut ad te antè scripseram, Cice-  
 ronem Cæsari obviam mittere; sed consilium mura-  
 ronem dem Cæsari entgegen zu schicken; aber wir haben diesen Schluß geän-  
 (B) 3 vii

vimus, quia de ejus adventu nihil audiebamus. De cæteris  
 dert, weilien wir von dessen Ankunfft nichts höreten. Von den übrigen  
 rebus etsi nihil novi erat, tamen quid velimus, &  
 Sachen, obwohlen nichts neues war, wirst du doch, was wir verlangen, und  
 hoc tempore opus esse putemus, ex Sicca cognos-  
 zu dieser Zeit nöthig zu seyn vernehmen, von dem Sicca mehrers verneh-  
 scere poteris. Tulliam teneo adhuc mecum. Tuam valetudinem cu-  
 men können. Die Tulliam halte ich noch bey mir. Deine Gesundtheit besor-  
 ge fleißig.

Viden, ut non modò Sensus idem, sed Verba propè omnia Linguae utriusque sint communia.

*At non omnes ejus Epistolæ perinde planæ sunt?*

Resp. Nihilominus epistolarum etiam longiorum magna pars haud plurimis Phra-  
 sibus constat, & contextus ferè totus versionis est non admodum operosa. En Phra-  
 ses eminentiores prælongæ ad Lucejum Epistolæ L. 5. Ep. 12. Item ad Dolabellam  
 L. 14. Ep. 19. ad Marium L. 7. Ep. 3.

**Idiotismi seu Phrasæ Latinæ Epistolæ Ciceronis.**

*ad Fam. Lib. 5. Ep. 12. ad Lucejum.*

Vicit opinionem meam tuorum Scriptorum præstantia, deine Schriften sind treffli-  
 cher, als ich vermeynt hatte.

Cupio, res nostras monumentis tuis commendari, ich verlange, daß meine Thaten  
 in deinen Schriften versasset werden.

Hæc res me ad spem immortalitatis rapit, diese Sache erwecket in mir eine Hoffnung  
 der Unsterblichkeit.

Multis oneribus premorrum susceptarum & institutarum, die theils angenommene,  
 theils schon angefangene Sachen machen mir viel zu schaffen.

Nolui mihi deesse, ich habe mich selbst nicht versäumen wollen.

Multum interest ad meam laudem, es ist mir zur Beförderung meiner Ehre gar  
 viel daran gelegen.

Mens mea tota in uno argumento versatur, ich habe mich, meine Sorgen und  
 Gedanken gänzlich auf eine Sache geleet.

Ut me ornēs; postulo, ich verlange, daß du mich lobest.

Etiā atque etiā te rogo, ich bitte dich inständig.

Hic homo à voluptate non afficitur, er läßt sich von der Wollust nicht einnehmen.

Largire aliquid amicitiae nostræ, thue unserer Freundschaft halber etwas übriges.

Cujus studium illa historiarum varietate non erectum tenetur? wer liest nicht mit Lust  
 eine mit so verschiedenen Zufällen angefüllte Historie?

Si in eadem sententia fueris, wann du eben der Meynung seyn wirst.

Assentando gratiam alicujus aucupari, mit Schmeicheln sich um eines Gnade be-  
 werden.

Id mihi & ad dignitatem, & commodum præstans erit, dieß wird mir zu meiner  
 Ehre, Ansehen und Nutzen vortráglich seyn.

Eventus temporum litteris mandare, die Begebenheiten unserer Zeitem in Schriften  
 verzeichnen.

***Ad Marium Lib. 7. Epist.***

Diem ipsum memoriā teneo, ich gedencke noch des nemlichen Tages.

Tu mihi præstis iussum, du bist mir an die Hand gegangen.

Ea cogitatio me habet sollicitum, jener Gedanken macht mir Sorgen.

Officio deesse, sein Amt und Pflicht verabsäumen.

Ejus periculum me commover, es macht mir seine Gefahr Angst.

Pudori cedere malui, quàm salutis meæ rationem ducere, ich habe lieber der Leute  
 Neden und meiner Schambhaftigkeit nachgeben, als mein Hehl beobachten wollen;  
 habe mich aus lauter Scham selbst verlohren.

Magnum es alienum, große Schulden.

Pacis autor semper fui, ich habe immer den Frieden angerathen.

Abhorret à pace Pompejus, Pompejus will nichts vom Frieden hören.

Bellum ducere, den Krieg verlängern.

Signa conferre cum hoste, mit dem Feind schlagen.

Mortem sibi conisciscere, sich selber entleben.

Non

Non erat optima conditio vivendi, wir hatten ein schlecht Leben; es kund nicht am besten.

Armis inferiores non causa, der Hand I war gut, aber die Kräfte desto geringer.

Et quia Clastico:um nullus æquè limpidus, facilis, brevis est ac Nepos, è Themistocle ejusdem vidè excerptos Idiotismos.

### Idiotismi seu Phrases.

#### Excerpti è decem Capitibus Vitæ Themistoclis Corn. Nepotis.

##### Caput I.

Pater ejus generosus fuit, sein Vater war einer von Adel.

Uxorem ducere, ein Weib nehmen; eine bevrathen.

Minus probatus parentibus, seine Eltern halten wenig von ihm.

Rem familiarem negligere, das Hauswesen, die Wirthschaft außer Acht setzen, alles verthun.

Contumelia eum frangit, der Spott macht ihn Kleinmüthig.

Famæ servire, suchen sich in Credit zu setzen; nach Ehren streben.

Multam in judiciis versari, viel bey Gericht sich bemühen.

Callide de futuris conjicit, er ist von grosser Klugheit, und Vorsichtigkeit.

Cap. II. Capeffere rempublicam, Dienste nehmen.

Multum pecuniæ ex metallis seu agris redit; die Bergwerke tragen viel Geld.

Divitiis ornare aliquem, einem zum Reichthum verbeßern.

Petere hostem, auf den Feind losgehen.

Fama perferitur in Græciam, der Ruff gehet in Griechenland.

Ignarus, quod valeret Oraculum, unwissend, was das Orakel sagen wolte.

Omnia, quæ moveri possunt, alle fahrende Güter,

Sacra procurare, den Gottesdienst verrichten.

Cap. III. Confligere cum hoste, mit dem Feind schlagen.

Pari prælio discessum est, es war ein zweifelhafter Sieg.

Ancipiti periculo præmi, in die Enge kommen; nemlich in Gefahr stehen.

Incendio delere urbem, die Stadt verbrennen.

Cap. IV. Summæ imperii præesse, das Ober-Commando haben; das Regiment führen.

Eum habere fidelissimum, ich darf ihm alles vertrauen.

Ingratus ad aliquid cogi, wieder seinen Willen zu etwas gedrungen werden.

Aliquid doli habere, es steckt ein Betrug dahinter.

Loco & tempore alienissimo, zur unbequemsten, ungeschicktesten Zeit und Ort.

Cap. V. Male rem gesserit, es hat die Sache nicht wohl ausgeschlagen, ist übel von staten ggangen.

Ab hoc gradu depulsus est, er ist von diesem Vortheil abgetrieben worden.

Id agitur, man hat dieses vor.

Reditum aliquem excludere, einem den Rückweg abschneiden.

Certiorum aliquem facere, einem etwas berichten.

Iter facere, reisen.

Post hominum memoriam, nach Menschen-Gedenken,

Cap. VI. Malo portum utimur, wir haben einen ungelegenen Haven.

Portum constituere, einen Haven anlegen.

Hoc longe alio spectat, das ist auf ganz was anders angesehen.

De principatu nobis certamen est, wir sechten miteinander um den Vorzug.

Opus facere, arbeiten; Hand anlegen.

Murus è lapidibus constat, diese Mauer ist von Stein.

Cap. VII. Operam dare, Fleiß anwenden.

Tempus quam longissime ducere, mit langem Verweilen suchen die Zeit zu gewinnen.

Causam interponere, etwas vorwenden.

Opus nihilominus sit, die Arbeit gehet danner fort.

Apud aliquem contendere, quod &c. bey einem etwas behaupten wollen, das ist.

Fidem alicui habere, einem glauben.

Morem alicui gerere, einem gehorchen.

Nautragium facere, Schiffbruch leiden.

**Cap. VIII.** Argos habitatum concessit, er hat sich zu Argos häuslich niedergelassen.

Societatem cum aliquo facere, mit einem in ein Bündnis treten.

Cum eo mihi hospitium est, ich habe bey ihm meine gewöhnliche Einkehr.

Magna religione tueri aliquem, sich eines mit allem Ernst annehmen.

Aliquem in fidem accipere, einen in seinen Schutz nehmen.

Fidem præstare, Treu und Glauben halten.

Capi alicujus misericordia, sich über einen erbarmen.

Gratiam alicui referre, einem Dank erstatten.

**Cap. IX.** Multa mala in domum meam intulit, er hat in meinem Haus viel Uebel gestiftet.

**Cap. X.** Aliquem sibi conciliare, sich einen zum Freund machen.

Verba facere ad populum, zum Volk eine Rede halten.

Memoriæ prodere, etwas verzeichnen, schriftlich hinterlassen.

*Multine item sunt Idiotismi Germanici?*

*Resp.* Plures ac in ulla seu viva, seu mortua lingua. Loquendi generum seu *adagialium*, seu alioquin sibi uni *propriorum* hæc est ubertas, ut haud paulò majoris peritiæ ac laboris sit, è Germanico in Latinam, quam vicissim vertere. Solum verbum, thun, machen, etsi in multis cum Latino concordat, propè centum Phrases progenerat, ab Latina planè abhorrentes.

### Idiotismi Germanici Verbi *Facio*, thun, machen.

Convenit cum Latino Germanicum in his, quæ sequuntur.

Recht thun, justè, rectè, facere.

Einem gutes thun, alicui bene facere.

Sich verächtlich machen, se vilem facere.

Frieden, Stillstand machen, pacem, inducias facere.

Sich einen Freund machen, sibi amicum facere.

Einen Bürgermeister, Burger machen, consulem, civem facere.

Einen zum Erben machen, heredem facere.

Ein Ende machen, finem facere.

Einem etwas zu Verdruss thun, alicui ægrè facere.

Einem ein Herz machen, animos facere.

Eine Probe machen, periculum facere.

Seine Schuldigkeit thun, officium facere.

Geld machen, facere pecuniam &c.

Contra vero in plurimis aliis discrepat ita, ut Latine nisi circumlocutione verbi-  
bisque aliis adhibitis efferri nequeat, ut:

Sich davon machen, se auferre, discedere.

Einem zu schaffen machen, negotium facessere.

Sich über etwas machen, se conferre ad aliquid, dare se operi alicui.

Sich an einen, über einen machen, adori, invadere, aggredi aliquem.

Sich zu einem machen, conjungere se alicui.

Er macht nicht viel aus einer Sache, rem non magnoperè curat, pensì habet.

Er hat das Buch deutsch gemacht, librum Germanicè vertit.

Einem zum Narren machen, aliquem ad insaniam redigere.

Dieß macht Schlafen, id somnum conciliat.

Einen gelehrt machen, doctum reddere.

Du machst mirs zu grob, zu braun, nimium in me durus es, nimium me premis.

Er will mir weiß machen, daß, mihi persuadere vult; quod.

Er macht es allen also, talem se gerit, talis est erga omnes.

Ich habe ihn müde gemacht, fatigavi illum.

Einen böß machen, irritare aliquem.

Sich aus dem Handel, aus dem Spiel machen, expedire se negotio.

Einem Lust machen, recreare aliquem, adjuvare in rebus angustis.

Wind machen, Thraasonem agere.

Sich bey einem zumachen, alicujus gratiam aucupari, assentari.

Einen stark ausmachen, acriter oburgare aliquem.

Einem Angst machen, conjicere in angustias, sollicitum reddere.

Einem ein böß Spiel machen, aliquem in fraudem inducere.

Nichtigkeit mit einem machen, rationes componere cum aliquo;

Scin

Sein Amt recht machen, rite fungi officio.  
 Er macht die Sache ärger, als sie ist, rem exaggerat ultra iustum.  
 Einen arm machen, ad incitas redigere.  
 Sich mauzig machen, paket machen, iactare se, efferre.  
 Grosse Augen zu einem Ding machen, stupere, mirari.  
 Das Kreuz machen, signare se cruce.  
 Sich einen guten Tag machen, indulgere sibi, se exhilarare, remittere.  
 Ich mache mir eine Ehre daraus, honori mihi duco.  
 Krumme Finger machen, clepere, furari.  
 Einem einen Schatten machen, alicujus luminibus praestruere.  
 Mathäus macht Eis, glaciatur.  
 Einen Exceß machen, excedere modum.  
 Einem das Maul machen, ducere aliquem, circumducere.  
 Sich einen Serupel machen, religioni sibi ducere.  
 Einen irr machen, perturbare.  
 Feiertag machen, à labore cessare.  
 Eine Stadt fest machen, munire urbem.  
 Einen Hand - fest machen, comprehendere aliquem. In custodiam ducere.  
 Den Feind flüchtig machen, fugare hostem.  
 Sich mit einem gemein machen, aliquo familiariter uti.  
 Geld machen, pecunias cogere, conficere, vel etiam facere.  
 Das Land öd machen, regionem vastare.  
 Einem eine Furcht machen, terrorem alicui incutere.  
 Die Sache offenkundig machen, rem manifestare.  
 Einem Platz machen, locum conficere.  
 Sich einen grossen Namen machen, sibi clarum nomen, famam parare.  
 Beute machen, prædas agere.  
 Sauer Gesicht machen, torvum, minaciter in tueri.  
 Zu schanden machen, in pudorem dare.  
 Das Messer scharf machen, acuere cultrum.  
 Einen zum Schelm machen, contumelia aliquem vel probro afficere.  
 Spass machen, joculatorem agere.  
 Schulden machen, nomina, æs alienum contrahere.  
 Du machst mich zornig, ad iracundiam me provocas.  
 Er wollte sich schön machen, purgabat, excusabat se.  
 Zu Staub machen, in pulverem redigere.  
 Einen schwärzig machen, exacerbare aliquem.  
 Runzeln machen, corrugare frontem.  
 Zahm machen, cicurare.  
 Er hat ihn wiederum gut gemacht, conciliavit, pacavit illum.  
 Das Fleisch einmachen, carnem condire.  
 Er macht nicht viel Worte, verborum parvus est.

Observa item in paradigmatis verborum, stehen, sehen, halten, bleiben, sehen, lassen, legen, schlagen, bringen &c. quam Phrasi utraque inter se dissideat, quamque pronum sit, ut Tyro quidpiam è Germanico Latinum, aut vicissim redditurus, si verba verbis aptet, in barbarissimos Sententiæ turpissimos & Germanicam quandam Latinitatem incidat.

## Idiotismi quorundam Verborum Germanici à Latino plane discrepantes.

### Sto, stehen.

Etwas stehen lassen, aliquid missum facere.  
 Wie stehts? quid agitur?  
 Es steht bey dir, penes te, in te est.  
 Die Sache steht übel, male agitur.  
 Ich stehe wohl mit ihm, mihi bene convenit cum illo. Amicus ei sum.  
 Ich stehe bey ihm in Gnaden, gratia valeo apud illum.  
 Er steht wohl, habet satis, opulentus est.  
 Es steht im Buch, in libro est, ita scriptum est.  
 Er steht an, dubitat.  
 Es steht ihm Leib und Leben darauf, de capite ipsius, & fortunis agitur.  
 Barbarum foret dicere; Permittas stare. Quomodo stas? Bene sto cum illo.

Sto

*Stat in libro. &c. vide apud Aler. 51. Idiotismes Germanicos Verbi ꝑo. Eundem de verbis sequentibus consule.*

### Sehen.

Einem an die Hand gehen, alicui adjumento esse, opem ferre.

Es gehet mir vor, animus mihi praesagit, praesentio.

Laß ihn gehen, omitte, sine hominem.

Die Sache gehet ihm zu Herzen, sentit, tangitur, dolet de re.

Diß gehet über mich, de me agitur, tangor.

Aus dem Weg gehen, decedere de via.

In sich gehen, ad se redire; corrigere se.

Er gehet in das zehende Jahr, agit annum decimum.

Die Uhr gehet nicht recht, fallit, exerrat hoc horologium.

Es gehet Blut von ihm, sanguine fluit.

Wie gehts dir? ut tecum agitur?

So gehts, wenn man ꝑ. ita fit, ita evenit, si, &c.

Es gehe, wie es wolle, utcumque accidat.

Barbarum: Eat, sicut vult. Quomodo tibi it? Ex via ire. It in decimum annum, &c.

### Halten.

Er hält sich wohl, bene se gerit.

Hochzeit halten, celebrare nuptias.

Halte dein Versprechen, sta promissis.

Das Faß hält zehen Eimer, hoc dolium decem urnas capit.

Er hält viel von sich, inflatus est, magnifice de se sentit.

Ich halte ihn für meinen Feind, pro hoste illum habeo.

Er hat uns statthlich gehalten, accepit, habuit nos perhumaniter.

Mahlzeit, Hochzeit halten, convivium, nuptias celebrare.

Er hält sich an grosse Herren, Magnatibus nititur, confidit.

Die Gebote halten, servare mandata.

Er hält mit mir, mearum partium est.

Miteinander halten, consentire inter se.

Ein Bild gegen dem andern halten, unam imaginem conferre alteri, cum altera.

Er hält sich zu Rom auf, Romæ moratur; habitat.

Barbarum: Bene se tenet. Tenere nuptias. Tenere promissa. Multum de se tenet, &c.

### Bleiben.

Es bleibt dabey, ratum fixumque est.

Ich lasse es dabey nicht bleiben, non acquiescam, non ita rem sinam.

Er bleibt bey seinem Kopf, sententia suæ tenax est.

Er ist in der Schlacht geblieben, In acie casus est.

Laß es bleiben, omitte.

Er bleibt bey seinem Wort, promissa præstat.

Barbarum: Manet apud. Manet apud suum caput, &c.

### Sehen.

Er lässet sich sehen, in conspectum prodit.

Laßet sich sehen, magnificus est.

Er lässet seine Künste sehen, artis suæ specimina dat.

Er siehet ihn gar gern, delectatur eo, ejus convictu, consuetudine.

Ich sehe gern, daß ꝑ. cuperem, ut &c.

Ich habe es nicht gern gesehen, ægre, moleste tuli.

Gauer ansehen, torvum tueri.

Siehe auf dich selbst, cura te ipsam.

Er siehet ihn ganz gleich, ei simillimus est.

Durch die Finger sehen, connivere.

Er siehet übel, cæcuit, debili oculo est.

Aufwärts sehen, attollere oculos, inspicere.

Barbarum: Male videt. Aspice ad te ipsam. Permittit se videri. Libenter illum videt. Male videt, &c.

### Lassen.

## Lassen.

Einen kommen lassen, accersere aliquem.

Er läßt sich nichts sagen, nec monita audit, nec consilium admittit.

Laß es gehen, liegen, stehen, mitte, omitte.

Laß michs wissen, mihi rem peramitte.

Es läßt sich nicht thun, fieri non potest.

Ich lasse mir ein Kleid machen, vestem mihi faciendam curare.

Einen zum Geld lassen, arcam, pecuniam alicui credere.

Das Leben lassen, vitam profundere.

Es läßt sich essen, esui idoneum est.

Diß läßt sich hören, haud contemnendum est.

Die Ader lassen, venam incidere, aperire.

Wein aus dem Faß lassen, promere vinum è cado.

Barbarum: Permittere aliquem venire. Permittere stare. Sibi veniam permittere &c.

## Legen.

Etwas in Weg legen, impedire, obicem ponere.

Sich auf die Bücher legen, libris incumbere.

Geld auf Interesse legen, pecuniam ad censum collocare.

Die Schuld auf einen andern legen, culpam in alium transferre, transfundere.

Der Feind hat sich vor die Stadt gelegt, hostis castra ad urbem metatus est.

Sich in einen Handel legen, interponere se.

Hand anlegen, manum admoveere operi.

Sich die Sachen lassen angelegen seyn, rem cordi habere.

Barbarum: Aliquid in viam ponere. Se ad libros ponere. Ponere culpam super alium, &c.

## Schlagen.

Mit dem Feind schlagen, pugnare cum hoste.

Der Feind ist geschlagen, hostis casus est.

Zu Boden schlagen, humi affligere.

Sich mit einem schlagen, congredi, rixari cum aliquo.

Aus der Art schlagen, degenerare.

Brücken schlagen, pontem edificare.

Lager schlagen, castra figere.

Sich zu einem schlagen, se alicui adjungere.

In Wind schlagen, Ventis tradere.

Die Orgel schlagen, organo canere.

Ballen schlagen, pila ludere.

Münze schlagen, monetam cudere, signare.

Auf die Waage schlagen, mercium pretia augere, intendere.

Die Uhr schläget, hora, horologium sonat.

Ein geschlagener Mann, hominum miserrimus.

Barbarum: Hostis est percussus. Percutere in organo. Horologium percutit. Se ad aliquem percutere, &c.

## Bringen.

Etwas an sich bringen, sibi comparare.

Einen auf seine Seite bringen, ad partes suas, ad se aliquem traducere.

Unter seine Gewalt bringen, sibi subicere.

Etwas unter die Leute bringen, aliquid in lucem edere, evulgare.

Man kan nichts aus ihm bringen, nihil ex illo extundi, vel exculpi potest.

Ich habe die Sache so weit gebracht, eo rem adduxi.

Gehülfen mit sich bringen, socios secum adducere.

Gold aufbringen, exercitum conflare.

Das Verdorbene zurechte bringen, rem perditam restituere.

Einen um das Seinige bringen, aliquem rebus suis emungere, exuere.

Einen in Unglück bringen, aliquem in exitium, calamitatem adducere.

Einige hinter einander bringen, quosdam inter se committere.

Ich bringe dir, propino tibi.

Barbarum: Socios secum ferre. Intra homines ferre.

Quid

*Quid de Adagialibus Idiotismis memorabas?*

*Resp.* Gentibus omnibus, etiam barbaris, sua sunt Adagia vel in vulgari sermone familiaria adeo, ut quandam veluti linguae partem faciant. Latinorum Adagiorum Chliades Erasmus quatuor concessit. Horum quaedam ad verbum Germanice reddi possunt, ut: *Propria laus sordet, eigen Lob stinckt.* *Cornix cornici oculos non effodit, &c.* ein Sträbe beiß der andern kein Aug aus ic. Cæterum Adagii sensus primum recte intelligendus, ac tum alio verborum habitu conuestiendus est. Germanica, quorum plura item millia apud varios collecta extant, partim in Alleri & Beyereri Lexicis Latine versa habes. Exempla quæpiam atrexe:

Idiotismi Germanici Adagiales, qui nisi circumlocutione aliqua Germanice reddi nequeunt.

In ein Horn blasen, colludere, conspirare.

Leer Stroh dreschen, actum agere.

Sich selbst bey der Nase nehmen, vide, quid manticae à tergo sit.

Der Rake die Schellen anbinden, suo periculo aliquid suscipere.

Die Nase zum Schmer stecken, ovem lupo committere.

Unter dem Hütlein spielen, dolose agere, clam dolos nectere.

Er komt auf kein grün Gras, è malo non emerget de illo actum est.

Ein Stein fiel mir vom Herzen, rediit mihi animus, mire levatus sum.

Er ist in den Sack geschoben, victus est.

Haar lassen, succumbere, inferiorem viribus esse.

Kinder-Schuhe ausziehen, nuces ponere.

Er gieng mir ins Feuer, mei causa faciet omnia, ferecque.

Hinter dem Berg halten, dissimulare, insidiari.

Sich selbst die Laus in dem Belt setzen, sibi met malum arcessere, creare.

Einen durch die Hechel ziehen, famam alicujus traducere.

Auf die lange Banck schieben, differre.

Hey dem Brette sitzen, ad clavum federe.

Er hört das Gras wachsen, sapiens sibi videtur.

Beide seynd über einen Leist geschlagen, inter se similes.

Einem das Loch verrennen, occasionem adimere, viam præcludere.

Mit scharffer Lauge zwagen, acriter reprehendere quempiam.

Er steckt in keiner guten Haut, periculosus opinione laborat.

Pfeissen schneiden, da man im Rohr sitzt, occasione in rem suam uti.

Alles durch die Gurgel jagen, patrimonium abligurire, luxu perdere.

Alle Hände voll zu thun haben, mole negotiorum premi, obsideri.

Der Mensch gehet auf Stelzen, arrogans, throsto, se ipso plenus.

Er stellt seine Worte auf Schrauben, captioso sermone utitur.

Gebranntes Kind fürchtet das Feuer, proprio periculo sapere.

Unter einer Decke liegen, colludere.

Schlösser in der Luft bauen, aureos sibi montes polliceri.

Mit grossen Herren ist nicht gut Kirschen essen, cum Regibus verborum parvus esse.

Viel Köche versalzen die Suppe, multorum manus, unius imperium.

Blauen Dunst vor die Augen machen, decipere, alicui imponere.

Wer die Wahrheit aufmacht, den schlägt man die Geige vor den Kopf, veritas odium parit.

Frisch gewagt, halb gewonnen, audaces fortuna juvat.

Neue Besen kehren gut, principium fervet.

Natur ziehet stärker, dann sechs Dörsen, naturam expellas furca, tamen usque redibit.

Der andeist, läßt selten darvon, principiis obita.

Wenn man schmiert, so gehts, invia nulla via est auro.

Einen auf die Haut legen, occidere.

Einen unter die Band stecken, longe superare, altero superiorem esse.

Es wird ihm kein Hahn nachtraben, nulla erit ejus memoria.

Ein jeder muß sein paar Narren-Schuh zerreißen, quisque suos patitur manes.

Was er redet, hat Hände und Füße, graviter, sententiose, loquitur.

Es gehet bey einem Ohr ein, bey dem andern aus, nihil ad animum admittit.

Was dich nicht brennt, blase nicht, aliena ne curaveris.

Am Hunger-Luch nagen, fame confici, famem obsonare.

Den Kopf aus der Schlinge ziehen, periculo se subducere.

Endlich das Rauhe heraus kehren, tandem severitatem promere, personam ponere.

Man siehts im Gesicht, was er im Schild führet, animus in fronte legitur.

Art läßt von Art nicht, nec procul à proprio stipite poma cadunt.

Aus



Aus fremden Bentel ist gut zehren, aliena vivere quadra.  
 Besser einäugig, den Blind, è duobus malis minus eligendum est.  
 Einem die Zähne weisen, vim vi repellere.  
 Es ist überall gut Brod essen, ubi bene, ibi patria.  
 Er ist noch nicht über über den Bach, nondum periculo defunctus est.  
 Der Tod schaut ihm zu den Augen heraus, emortuali facie est.  
 Zum Creuz kriechen, necessitati cedere.  
 Einem auf die Beine helfen, quempiam in integrum restituere, erigere aliquem.  
 Das Hälmelein streichen, assentari.  
 Dem Kind einen Namen geben, rem suo nomine compellare.  
 Gut Ding will Weile haben, festina lente.  
 Den Kürhern ziehen, succumbere.  
 Wie gewonnen, so zerronnen, male parva male dilabuntur.  
 Viel Hunde der Haasen Tod, multorum odiis nulla opes resistere possunt.  
 Er ist hinter den Ohren naß, moribus est puerilibus, prætextatis.  
 Aus der Schule Schwäzen, arcanum prodere.  
 Er läßt es auf die Haut ankommen, res ad vim spectat.  
 Ueber die Schnur hauen, limites, modum excedere.  
 Was von Ragen kommt, will mausen, sequitur patrem sua proles.  
 Das ist ein verdeckt Essen, later anguis in herba, dolus subest.  
 Alles hat sein Warum, nihil sine causa.  
 Zuviel ist ungesund, omne nimium vitiosum.

*Hanc in Sententiis Puritatem qua arte consequar?*

*Resp.* In classicorum Auctorum lectione sita sunt omnia. Si juvenis Grammatica doctrina rite imbutus Epistolas & Oraciones Tullii, Cæsarem, Sallustium &c. nocturna triverit diurnæque manu; explorantem Magistrum magna attentione audiverit, stylum consuetis in Humanitatis ac Rhetoræ schola exercitationibus poliverit, nihil oberit quin è barbarie hac emergat.

*Quid autem puero præstandum? quibus adjumentis utendum?*

*Resp.* Ut in his initiis imaginem aliquam ac deformationem, quantumlibet rædem, verè Latinitatis ducat, efficiet 1. *Auditione* prælectionum, quæ in schola habentur; 2. *Lectione* privata; 3. *Scriptione*, quæ duplex est, vel dictatorum thematum compositione, vel compositorum in Germanicum resolutione, quod idem est ac versio.

1. *Quid commodi capiam ex Auditione prælectionis?*

*Resp.* Explanantur in *Prima* seu infima Phædri Fabellæ, Stobæi Sententiæ; in *Secunda* una minimum aut duæ vitæ ex Cornelio Nepote, Epistolæ Ciceronis breviores, Progymnasmata aliquot Pontani; In *Tertia* Epistolæ Ciceronis longiores, Cato major, Libri aliqui è Cæsare; In *Quarta* Sannium Scipionis, Liber unus de Officiis, Flores Poëtarum, Ovidii Elegiæ quæpiam. Indicanter Idiotismi Latini, & Vocum Etymologiæ, quæ una est ad Proprietatem sermonis consequendam via certissima. E tot quadrienni Grammatici prælectionibus fieri vix potest, quin multum adhærescat, si constanter & rite excipiantur.

*Qui excipienda est Prælectio?*

*Resp.* Adhibenda, quanta maxima potest attentio; cohibendus ab evagationibus eam oculis animus, hærendum in ore Magistri, singula in paratum ad id libellum referenda, quæ domi in ordinem alphabeticum deinde referantur, releganturque sæpius, ut memoriæ imprimantur magis.

2. *Quid nomine Lectionis privatae intelligis?*

*Resp.* Cum in schola etiam mediocrium ratio habenda, festinandum lente; repetenda sæpius eadem sint & inculcanda, nec adeo multa explicari possint, efficiet Præceptor fidelis, ut discipulus in dies, aut festis ac vacationum diebus minimum, constructiones aliquot è Fabellis, Ciceronis, Nepote, Curtio, &c. in Germanicum convertat, Hoc privato, & per hos annos nunquam intermisso labore incredibile quos progressus faciet tyro, cui ingenium natura felicius, & studendi opportunitas major, & Pædagogus peritor obtigerit.

3. *Quid Scriptiōis nomine intelligis?*

*Resp.* Thematum vernaculorum in Latinum conversionem, seu Compositiones solitas intelligo. Ea dictandi duplex est ratio: *Alterna* Italici, Gallici, Belgici, Rhenani Provincie usitata, qua discipulis dictati argumenti significationes è Dictionario consil-

(C)

rendæ relinquuntur. In eam rem Gallico-Latinum extat Pomæi Lexicôn, Germanico-Latinum P. Aller, & Beyer, Iocupletia adeo, ut Gallicus Germanicusque Idiotismus vix uilis occurrat, quem ibidem non Latine verum reperiant, (si quod ante omnia docetur) quærendi methodum callent. Hac via deducti adolescentes animadverso linguæ utriusque discrimine sensum proprietatem Latinam & præclare imbibunt.

Altera ratio est, qua vocibus thematum vernaculis suæ significationes Latinæ à Magistro dictantur, à pueris deinde ad Syntacticas Regulas componendæ, ut si in Thema: sit: *Er hat seinen Handel verlohren*; dictabitur: *Causa cado*. *Er hat sich zu todt gefürchtet*; *Metus, Exanimo*. *Er ist bey ihm zu Gnaden kommen*; *Gratia, Ineo, &c.*

*Aliquid de Versione in vernaculam tangebas?*

*Resp.* Ut hæc versionis exercitatio, quam domi saltem suscipiendam suasi, fiat utilior, Epistolam v. g. Ciceronis, locum aliquem è Nepote, Curtio, Pontano, &c. Latine reddes, ac tantisper sepones. Interpositis hebdomadis aliquor, Germanicum tuum Latine transferes, translatura cum ipso Ciceronis, Nepotis, &c. loco conferes, & emendabis. Hæc industria ut ad puritatem & Elegantiam linguæ comparandam utilitatis maximæ à Quintiliano, P. Juvenio, & Præceptoribus Grammaticis omnibus mirifice commendatur. Vide subjectas Epistolas Ciceronis Lib. 12. Epist. 17. & 19. ad Cornificium, & à me, quoad licuit, ad verbum Germanice factas, in Latinum traducito; traductas observato, ubi & quantum à Cicerone differant.

**Epistolæ duæ Ciceronis Germanice versæ, & à tyrone Latine vertendæ, ac deinde cum ipsis Ciceronis Epistolis conferendæ, ad Famil. Lib. 12. Epist. 17**

*Ad Cornificium.*

**M**ir ist sehr lieb, daß du meiner, wie du mir mit Briefen angedeutet, eingedenk bist; und bitte, dieses Andenken zu erhalten; nicht, als zweifelte ich an deiner Beständigkeit, sondern, weil also zu bitten der Brauch ist.

Nun hat uns aus Syrien wegen weis nicht was entstandenen Unruhen berichtet, welches mich nicht so viel mein - als deinetwegen, der du näher dabey bist, in etwas entrüstet.

Zu Rom ist alles still, doch also, daß ich einig nützlich und ehrlich Geschäft für besser hielt, welches ich auch hoffe, weilen sich Cæsar dessen annimmt.

Du sollst wissen, daß ich in deiner Abwesenheit die Gelegenheit und Leckheit genommen habe, etwas freyers zu schreiben; und zwar etwas, wider das du nichts einwenden würdest.

Nächst habe ich auch von der besten Art der Wohlredenheit geschrieben, und oft gerühmet, du würdest, als ein Gelehrter, mit meiner, als eines nicht allerdings ungelehrten Manns, Meynung nicht übereinstimmen.

Ich sähe gern, daß du diesem Buch, wo nicht von Herzen, doch mir zu Gefallen, dich günstig' erzeigst. Demjenigen werde ich sagen, daß sie, wann sie wollen, es abschreiben, und dir zuschicken.

Dann ich bin der Meynung, daß, wann dir auch sonst das Werk nicht gefiele, doch alles, was von meiner Hand kommt, in dieser Einsamkeit werde beliebig seyn.

Daß du mir dein Ansehen und Ausnahme anbefiehlst, darinn richtest du dich nach aller Leute Gebrauch. Glaube mir, daß ich die Liebe, welche wir gegen einander tragen, gar hoch halte: auch von deiner größten Fähigkeit, ausbündiger Gelehrsamkeit, und Hoffnung höchster Ehre solche Gedanken führe, daß ich dir niemanden vorsche, wenige dir gleich halte.

**Ad Famil. Lib. 12. Epist. 19.**

Deine Briefe habe ich sehr gern gelesen, in welchen mir am erfreulichsten gewesen, daß ich verstanden, daß dir mein Schreiben sey eingehändiget worden. Daß du solches gern lesen würdest, zweifelte ich nicht; wohl aber, ob es dir richtig zukommen würde.

Aus deinem Schreiben hab ich vernommen, daß dir der Krieg in Syrien, wie auch selbige Landschaft zu verwalten, übergeben worden. Wünsche, daß dir solches wohl bekomme, wie ich es gänglich hoffe, indem ich mich auf deine Emsigkeit und Klugheit verlasse.

Was du von Mutmaßungen eines Parthischen Kriegs meldest, hat mich ziemlich beunruhiget: weil ich theils selbst ermessen konnte, theils aus deinem Schreiben vernahm, wie viel Volcks du zur Hand habest.

Wünsche

Wünsche also, daß sich dieser Zeit ienes Volk nicht rühre, bis iene Regimenter dir zugeführt werden, welche man dir, dem Vernehmen nach, zuführt.

Wann du aber nicht genugsame Mannschaft hast zu schlagen, magst du M. Bili Rath gebrauchen, der sich so lang, als die Parther im Land waren, in einem sehr festen und best versehenen Ort innen hielt.

Du aber wirst selber nach der Zeit und Sachen Beschaffenheit Rath schaffen. Ich zwar werde immer in Sorgen stehen, was dem Vorhaben sey, bis ich innen werde, was du ausgerichtet.

Ich habe noch keinen gehabt, dem ich hätte Briefe abgeben mögen, daß ich es nicht gethan hätte. Verlange also, daß du ein gleiches thuest, und besonders an die Deinigen dergestalt schreibst, daß sie ersehen, daß ich bey dir alles gethe.

## CAPUT TERTIUM.

### De Elegantiâ Latini Sermonis.

*Quæ est altera virtus Latinitatis?*

*Responsio:*

Quamquam ornata satis videri possit Epistola, Narratio, Chria, &c. si à Solæcismis ac Barbarismis pura, genuinam Latinitatem spirarit; adicienda tamen erit Elegantiâ. Itali, Hispani, Galli, Germani, suæ linguæ ad summam nitorem perducendæ causâ nobiles Academiæ instituerunt. Quin gentes omnes, Turcæ, Persæ, Indi, Sineses, ut in vultu, habitu, ritibus delectum adhibent, ita linguæ quoque venustatem qualemque sectantur, cultiùsque scribunt, quam loquantur; & in aula nitidius, quam ruri loquuntur. Quidni curâ eadem Latina, nempe scientiarum omnium instrumentum habeatur?

*In quò sita est Latina Elegantiâ?*

*Resp.* Puritas efficit, ut minimè sordida, & nativè velut habitù decora incedat oratio; Elegantiâ variis verborum ornamentis ad splendorem convellit eandem. Rectè enim ille sentit, qui, quod corpori nostro vestis est, hoc sententiæ elocutionem esse dixit. Sunt autem Elegantiæ certa & exquisita loquendi genera, optimis Autoribus usurpata, & à quotidiano planèque sermone remota, quæ vulgò *Phrasæ* appellamus. Et si enim etiam Idiotismi Latini Phrasium nomine veniant, si tamen aliquid distinctionis faciendum esset, illas *Phrasæ vulgares*, has *ornatas* vocabimus.

*Da exemplum Elegantiarum ejusmodi:*

*Resp.* Tui absentiam ægrè fero, Latinum quidem est, & proprium; elegantius erit: Tui desiderium non fero.

*Tervet me loci novitas; Moveor loci insolentiâ.*

*Non suppetit tempus ad scribendum; Laboro temporis angustia; Temporibus, temporis angustis excludor.*

*Mutavi sententiam, Abii, discessi à mea sententia.*

*De nulla re magis sollicitus ero; Nihil mihi antiquius erit.*

*Dubito; Incessit me, venit mihi dubitatio.*

*Vix non te prodidissim; propius factum est nihil, quam ut te proderem.*

*Elegantias ejusmodi qua arte mihi parabo?*

*Resp.* Eadem, quâ Proprietatem, hoc est: 1. Lectione multiplici classicorum; 2. Ope Lexicorum Phrasologicorum; 3. Rectò Participiorum usû; 4. Observationibus recentiorum singularibus; 5. Particularum Inprimis usû rectò; 6. Idoneâ Verborum collocatione.

*Utrum jam Grammaticæ Studiofis de Elegantiâ cogitandum?*

*Resp.* Id quidem Studium Grammaticæ proprium est. Nisi hoc viatico saltem lenter instructus ad Poeticam & Rhetoricam accesseris, id vel in ipso itinere præpostere erit comparandum, vel desperandum, ut unquam carmen scitum, orationem ornatum condas.

*Atqui Syntaxeos Præcepta satis nos occupant, tempusque omne docenti juxta & discipuli eripiant?*

*Resp.* Non ivero inficias, primas Grammatici partes esse, ut ad Syntaxis Regulas emendate scribat. Quin cum vulgo discipulorum præclare agatur, si ad hunc Latinitatis gradum

(C) 2

gradum aspirent; nec petendum, ut purpuratus auratusve incedas, cui gausapina ad amictum desint. Nihil tamen obstat, quin principes scholæ, *Academici*, ingenio & sciendi aviditate cæteris eminentiores, altero semestri *Tertiæ* ad delibandas *Elegantias* leniter ducantur, in *Quarta* verò largius se iisdem ingurgitent. A teneris namque optimis affuiscere, ac antiquæ Latinitatis gustatu imbuï, multum est.

### I. Qui è Lectione paratur Elegantiæ?

*Resp.* Quod supra, cum de *Paritate* sermo esset, monuimus, Lectio utraque, publica nempe in scholis, ac privata domieum in modum est instituenda, ut occurrentes sed Idiotismi, seu loqui Modi elegantiores in paratum ad id librum referantur. ordine Alphabetico digerantur, atque Themati opportune inferantur. v. g. Quære verbum *Obedio*. Notarum reperies è Themistocle Nepetis: *Morem gero*. *Video*, oculis usurpo. *Nuncio*, certiorum facio. *Offendo*, voluntatem alicujus à me abalieno, &c. Si per scholarum curriculum constantia enotandi non defecerit, miraberis opes maximas vix advertendi enatas.

### II. Quodnam adjumenti genus præbent Lexica Phrasæologica?

*Resp.* Extant scorsim excusæ Phrasæologiæ Latino-Germanicæ, singulares *Ciceroniana Nizolii*, *Liviana Rhenani*, *Plautina Parei*, *Terentiana Tossani*, *Cæsareana Rothii*, *Curtiana Kocheri*, *Nepotiana ejusdem* &c. Plerisque item classicis præsertim in usum Delphini editis subjecti sunt indices Latinitatis locupletissimi. Jam qui Ciceronem, Cæsarem &c. legit, si ex indice item quotidie aliquid adjecerit lectioni, ex alieno labore haud minimum compendii faciet.

### Quam paucis autem ad manum sunt editiones & Indicum optimorum Auctores?

*Resp.* Præter singulares hos Phrasæologos sunt Lexica quædam Phrasæologica, quorum unum saltem comparandum erit studioso adolescenti. *Aldus Manutius* ea in re operam præstitit egregiam; longe copiosior est *Wolf*. *Schönslederi Apparatus ad eloquentiam* &c. Ex his aliisque *Univerſæ Phrasæologiæ Latine Corpus* congesti, eâ formâ, quam studiosæ juventuti accommodatissimam fore credebam. Ex eo opere nuper admodum secundis curis Phrasæologiæ *Livianâ*, *Cæsarianâ*, *Cornelianâ*, *Sallustianâ* sic exaucto, ut addi perparum, demi vix quidquam posse videatur, atque adeò locuplere satis utilitatis scholis accessisse, experimento constat, & multorum testimonio.

### Quomodo utendum est hac Phrasæologia?

*Resp.* Si constructionem elegantius efferre cupis, v. g. *Non est dedecori laborare, sed otiosi*; quære *Laboro*. Reperies: *Laboribus se frangere*. Quære iterum; *Otiosi*. Reperies: *Otio marcescere*. Igitur elegantius dices: *Non est dedecori, frangere se laboribus, sed otio marcescere*. Sit sententia altera: *Si lachrymæ malis mederentur, auro comparandæ forent*; quære. *Medeo*, medicinam facere. *Comparo*, in contentionem adduco. Dic igitur: *Si lachrymæ malis medicinam facerent, cum auro in contentionem adduci possent*. Prolixiora exempla juvat adjicere duas nescipe *Epistolas* hac arte elegantissimis Phrasæologicis adornatas.

## Epistola, qua Filius à Parente pecuniam ad libros coëmendos petit.

### Stylô simplici.

Scio equidem, te alioquin mei causa multos sumptus facere; ausus tamen sum, novam insuper gratiam petere. Suadet nobis Magister; ut libros, quos in schola explicat, coemeremus: spondetque, si eos item domi legerimus, multum profecturos. Uti hæcenus semper conatus sum, primo loco aut primis proximus esse, ita nihil tristius foret, quam si ob hunc librorum defectum priorem laudem amitterem, & à condiscipulis contemnerer. Spero, autem in causa tam æqua, te sit finisti, erga me liberalem fore.

Quærito id Phrasæologia Voces minore charactere expressas, & elegantioribus commuta in hunc modum.

Cognitum equidem habeo, multos alioquin sumptus à te mei causa tolerari, id tamen mihi sumpsi, ut novam insuper gratiam etiam atque etiam à te contendam. Autor nobis sit Magister, ut in coëmendos eos libros, quorum in schola interpretationem nobis facit, pecuniæ aliquid collocaremus; fidemque suam obligat, fore, ut,

ut si eisdem domi etiam legendo contriverimus, magnos progressus faciamus. Uti hæcenus nervis omnibus contendi, principem in schola secum vel primo proximum tenere; ita nihil tristitia maiora me conficeret, atque si ob hunc librorum defectum priorum laudum iacturam facerem, & a condiscipulis disspicui haberem. Spe autem ducer in causa tam æqua, fructus liberalitatis tuæ uberrimos, ut pervenire ad me, perventuros.

## Epistola alia nunciatoria, &amp; petitoria.

*Stylô vulgari.*

*Intellexeris* è publicis novis, ut Turcicus exercitus per nostrum devictus sit, & Belgradum se desiderat urbs aura sanctissima agro fertili, & cum præcipuis Europæ comparanda. Rumor quidem ad vos venerit, milites nostros multis morbis laborasse, quia revera calidissima æstas fuit; sed tamen plerique jam convalescunt. In ea re felices fuimus, quod non item annonæ caritas fuit; alias multo plures morituri erant. Ego quoque graviter ægrotavi, atque etiamnum sum viribus tam infirmus, ut vix incedere possim. Quare ex Ungaria vix sperare hoc autumno potero. Sed mea soror, multas vobiscum conquirendi causas habeo; primo, quod mihi suaseritis, ut miles fierem. Qua in re plane me decepistis, nec aliud volebatis, quam ut me fraudulenter domo amandaretis. Certè, si prævidere potuissem, me tot miseris passurum, nunquam domo abivissem,

Alterum est, quod valde mihi dolet, quod licet mihi promiseritis, sæpius vos mihi scripturos, raro tamen scripseritis, ut adeo credam, me plane à vobis contentum. Denique cum frequenter rogassim, ut cum summè egerem, pecuniarum aliquid mitteretis, meam penuriam tamen nec nummo juveritis. Nisi debita saltem solvere potero, major erit vestra infamia, quam mea. Quodsi parens meus adhuc iratus est, matrem saltem tæge, ne penitus me deserat, ne omnino mihi desperandum sit. Vale. Belgradi, &c.

*Stylô eleganti.*

E publicis privatisque nunciis exploratum perspectumque habebis, ut cum exercitum haberemus multis partibus infererem, Turcicum nihilo minus in sedam fugam conjecerimus; & Belgradum ad Cæsaris ditionem adjunxerimus, urbem sitam coelo saluberrimo, abundantem omnibus copiis, ut cum præcipuis Europæ in contentionem venire possit. Rumore quidem ad vos perlatum fuerit, milites magnæ numero valetudine infirma prostratos, quod æstare præterita calores imensos habuerimus; nunc vero Deo opitulante pars maxima è morbis recreatur. Id commodè nobiscum actum est, quod non item annonæ difficultate laboratum est, aliequin haud paule plures luchi hujus usuram amissuri erant. Ego quoque gravi morbo oppressus decubui, atque etiamnum viribus parum firmis utor, sic ut vix pedibus insistam. Certè præ debilitate vestigium ex Ungaria movere non potero. At heus tu soror amantissima, multa mihi vobiscum & æqua expositulatio est, imprimis quod mihi autores fueritis, ut militiæ nomen darem; qua in re turpi fraude me circumvenistis, nec aliud erat vestrum consilium, ac ut astu patriis me penatibus detruderetis. Certè si conjecturâ assequi potuissem, conditione me victurum tam miserâ, calamitatibus tot conflictaturum, domo pedem nunquam extulissem. Alterum est, unde acerbioris molestiaque plurimum contraxi, quod licet mihi identidem sanctissime confirmassetis, sæpiusculè scripturos vos, officio tamen vestro litterarum crebritate parum satisfeceritis. Ut adeo in animum inducam meum, vos de me minimùm laborare. Denique cum infimis precibus toties contendissem, ut incredibili pecuniarum angustia presso numerorum aliquid aspergeritis, ne asse quidem submisso inopiam meam levaveritis. Nisi facta saltem nomina diluere potero, ad vobis gravior, quam memet redundabit infamia. Quodsi parens noster veteres iras nondum deposuit, cum matre saltem diligentissimis precibus agito, ut ne me neglectum omnino ac desertum jacere patiat, ne spes mihi omnis exclusa videatur. Vale. Belgradi &c.

*Quid in harum Elegantiarum conquisitione observandum?*

*Resp.* Primo, ut nimis ne sis, & omnia Elegantiæ farcire velis, sed ut condimentum parce inspergas & cum judicio, quo discernas, quæ Phrasæ, cui voci ejus Sententiæ aptior sit; item an Verbo, Substantivo, Adjectivo, Adverbio sua Phrasæ conquirenda sit. Subinde Verbum erit fertilius, ut in sententiis: *Irrisurus aliquem, cave, ne ipse irridendus sis*, quære; *Irrideo, Rideo*. Si valēs, bene est; quære: *Valeo*.

Alias *Substantivum*, præsertim apud Verba amplissimi usus, ut sunt, *Sum, Fio, Ego, do, Possum, Fucis, Reddo, Tribuo, Do, Teneo, &c.* v. g. Divitum omnes sunt amici; quære: *Dives, Amicus*. Homines duri victus evadunt *robusti*; quære: *Robustus*.

Alias *Adjectivum*, ut in sententiis: *Iratus ab insano tantum tempore distat*; quære; *Iratus, Insanus. Deformis sim potius, quam pulcher & malus*; quære: *Deformis, Pulcher, Malus, &c.*

*Quid observandum præterea?*

*Resp.* Non verba tantum ac nomina, sed eorumdem item Derivata & Composita; vel contra vestiganda erunt; quod ei facile, qui Primitivorum libellum sibi familiarem reddiderit. Sic in Sententia: *Nemo hominum sine labore clarus evasit, aut è paupere dives.* Præter *Labor, Clarus, Pauper, Dives*, perquirenda erunt à *Clarus* Claritas, Claritudo &c. à *Pauper*, Paupertas; à *Dives*, Divitiæ, ditescere &c. Quà accuratior si Præfologia exculseris, vix erit Sententia, cui vel in *Synonymis*, vel *Usu*, vel *Phrasibus* aptam quantam *Elegantiam* non reperias.

*Quid in hac vestigatione observandum tertio?*

*Resp.* Quod supra tetigi, ut in delectu Phrasum discrimen adhibeas, ac distingueas, quæ in rem quadret, quæ minus. Nisi veritus essem, ne libri moles nimium augeretur, Phrasibus singulis Germanicam significationem additurus eram, quod in suis Lexicis *Beyerns & Allerus* præstiterunt, ne deerare possent *Tyrones*. Sic in Sententia: *Anima nihil pretiosius*, loco *Pretiosus*, reperies in *Phrasologia multorum nominorum, seu sumptuum*, qui loquendi modus hoc loco plane ineptus foret. Nam dicendum esset; *Anima nihil potius, antiquius, sanctius esse debet, &c.*

*Multum igitur interest, Phrasologici Lexici ripe uti posse?*

*Resp.* Sanè permultum. Noveram adolescentes, qui orationem struerent tam elegantem ac Latinam, ut in volvendò Cicerone multos annos posuisse videri potuissent, huius artificii ignaris. Inest illud commodi, quod ea, quæ aliena fuerant, multiplici usu faciant; quodque dicitur, in succum & sanguinem suum vertant.

*III. Quid Elegantiæ offert Participiorum usus crebrior?*

*Resp.* Germanica nostra Participiis Futuri Temporis & Ablativi absoluto fere destituitur. Participia Præsentis & Præteriti minus frequentem, sæpe violentum, ac ingratum usum habent. Inde fit, ut Germani scriptoris oratio Latina, etsi verbis propriis concepta, Germanicum tamen nescio quid oleat, certè ab Latine brevitatis Elegantiâ longe absit. Hæc brevitatis, quo duæ constructiones ope participii in unam coalescunt, nescio quid Latii saporis habet; Et multo venustius est: v. g. *Hosti te, occisuro pepercisti*, ac si dicas; *Hosti, qui te occidere volebat, pepercisti*.

*Nulla sunt Germanis Participia Futuri?*

*Resp.* Nisi Relativa solvantur, efferri à nobis nequeunt: v. g.

*Aspernantur profutura nactura amplectimur.* Wir verachten das, was uns schaden würde, und umfassen die Dinge, welche uns schaden werden.

*Quid, divitiis inhias morte aliquin amittendis? Was trachtest nach Reichthum, welchen du ohnedem im Tod wirst lassen müssen.*

*Custodi librum a me tibi commodandum.* Bewahre das Buch, so ich dir leihen werde, &c.

Recentiores quidam in hunc modum exprimunt Participium Futuri Passivum.

Nodus solvendus. Der auflösende Knopf.

Negotium procurandum. Das zu verwaltende Geschäft.

Examinandi testes. Die abzuhörenden Zeugen.

Hostis pellendus, Der abzutreibende Feind, &c. Alii alio modo efferunt,

*Præsentis tamen & Præteriti Temporis Principia habemus Germani?*

*Resp.* Recte quidem dicitur, v. g. *Exitio suo propinquantem juvenem servasti*, dem seinem Untergang zueilenden Jüngling hast du erhalten. Sæpe tamen durior est & insolentior Participii Præsentis usus, ut si diceres: *Tibi imperanti parebo*, ich wege die gebietenden gehorchen. *Tui percutis miserebor*, ich werde mich deiner zu Grund gehenden erbarmen &c. Participium Præteriti per frequens quidem est. eiusque Ablativus absolutus per Præpositionem nach commode significatur: v. g.

*Cæso hoste urbem cepit*, nach geschlagenem Feind hat er die Stadt eingenommen. *Peraeto labore dulcis quies* nach verrichteter Arbeit ist gut seyn.

## Ubinam &amp; quando Participiis utendum?

*Resp.* 1. Locò Relativi. 2. Locò Conjunctionis copulativæ, & atque &c. Und. 3. Locò suppressarum Particularum temporis: *Postquam, quando, cum, dum, &c.* Inde dem, nachdem, weil, da, &c. 4. Subinde etiam locò Particulæ conditionalis: *Si, wann.* Et *Causalem*, quales sunt: *Quia, cum, quoniam, quod, pro quia, eò, idè, idcirco, eà causâ.* *æpropter, nam, enim, etenim, quippe, &c.* *Dieweil, dessentwegen, derohalben, dann, &c.*

## Quid de his notandum?

*Resp.* Modus omittendi Relativum, *qui, quæ, quod, &* particulas temporis: *Postquam, &c.* jam in infimis duabus scholis; Ablativus verò *absolutus* in tertiâ & quarta frequentissimè inculcatur, nec satis unquam inculcari potest.

## Quid de suppressione Particulæ Copulativæ dicebas?

*Resp.* Hæc ut in omni sermone est frequentissima, ita si, quò in scholis docetur modò, omittatur, duæque Constructiones in unam contrahuntur; breviorē facit & succosiorē dictionem. Quæ industria in Narrationibus maximè valet, ne cum vulgo imperito copulante particulam sexcenties odiosissimè iteremus. Quid enim insulsius illo: *Fuit Ludimagister Faleriis, hic ducebat nobiles pueros, & hos extra civitatem velut ambulatum ducebat, & volebat eos tradere Camillo, Camillus noluit audire, & iussit illum vinciri, & pueris dari, ut cum sic in urbem ducerent.* Quantò brevius compitiussque erit? *Ludimagister Faleriis nobiles, quos docebat pueros, velut ambulatum extra civitatem ductos, Camillo tradere parabat.* Is proditorem averfatusq; vinctum per pueros in urbem reduci iussit.

Hoc tam malè coherente dicendi genere usi sunt plerique Historici à Lutea, de qua meminimus, Ætate. Exempla adjicio duo in quibus observēs licet, quam longe aliam speciem induat hæc Participiorum quasi veste contexta res eadem. Subjeci exemplum aliud exercitationis causâ, à discipulo eundem in modum adornandum.

## Exemplum Narrationis Barbaræ &amp; impolitæ.

Ex Roberto.

Seculi 14. Scriptore.

Erat quidam miles nomine Reymundus, animq; virilis & corpore spectabilis. Hic perfectò odio Turcis inimicabatur, & diutius tolerare non potest, ut longo tempore feriantur.

Hic plurimam sibi alligavit militum multitudinem, & in terram Saracenorum transduxit eam; & transit duarum civitatum terminos, & pervenerunt ad quoddam castrum, quod Talamania vocabatur, cui gens Suriana principabatur.

Suriani nostros receperunt & sese libentissimè eorum dominio tradiderunt. Deinde aliud castrum militari impetù, inarserunt, & tota die fortiter oppugnaverunt, & vesperscente die occupaverunt.

Vide Barbarismos: *Perfectò odio; capitali; Inimicari; flagrare odio. Feriari; cessare. Alligavit;* adjunxit. *Principatur;* dominabatur. *Vesperscente;* inclinante. *Quietarent;* quieverunt. *Deputatis;* designatis. *Montanen;* montes.

## Magis Latina puriorque erit oratio.

Erat quidam miles nomine Reymundus; hic capitali odio Turcas insectabatur, & diutius tolerare non potuit, ut longo tempore cessarent. Hic plurimam sibi adjunxit militum multitudinem, & in fines Saracenorum transduxit, & transiit duarum civitatum limites, & petrevenire ad castrum quoddam, quod Talamania vocabatur, quod genti Syræ subiectum erat.

Syri nostros receperunt, & se eis summis voluntatibus tradiderunt. Ibi quievè se triduo, & designatis, qui urbem custodirent, quosdam montes conscenderunt, & in vallem descenderunt.

## Narratio eadem, omissis Relativis &amp; Particulis, ope Participiorum elegantior.

Reymundus quidam corporis animique viribus spectabilis, implacabili Turcarum odio accensus, nec diuturniorem cessationem jam ferens, contrâis multis copiis in Saracenorum fines illatus, præteritis duabus urbibus ad castrum quoddam, Talamania dictum, Syrisque subiectum pervenit. Syri receptis illis

summa voluntate se suaque permiscere. Inde castrum aliud summa vi aggressi, tota die fortissimè oppugnatum sub vesperum cepere. Hic tridui quietè creati, cohortibusque ad urbis custodiam designatis, è consensu montibus in vallem se damisere.

Hæc quidem Latina est, illa Germanica, aut Gallico-Latina oratio; nam eodem nobiscum vitio Germano-Latinæ tres Lingue, Italica, Francica & Hispanica laborant.

### Exemplum aliud. Simplicè ac rudi stylo.

Fuit quidam Rex, qui legem tulit, quod, quicumque subito mori deberet, manè ante ortum solis ante domum ejus tubas canerent, & statim talis vestibus nigris se indueret; & sic ad iudicium properaret.

Ille Rex magnum convivium fecit, & omnes Satrapas Regni vocari fecit, qui & venerunt. Erant hic omnia generis Musici, qui ex suavi melodia magnum solatium convivæ fecerunt. Rex vera nullum lætitiæ signum ostendit, & vultum tristem habuit, & suspensio emittebat.

Videntes hoc convivæ admirati sunt, & non audebant causam tristitiæ petere, & ideo fratri Regis dixerunt, ut causam indagaret, qui & fecit. Ait Rex: Castrinà die responsum audies.

Et præcepit Buccinatoribus, ut sequenti die venirent ante fratris domum, & tubas canerent. Audiens hoc, commota sunt viscera ejus, & se vestibus nigris induit, & ad Regem ivit.

Hic fecit fieri foveam profundam, & ultra foveam cathedram fragilem, quæ quatuor pedes fragiles habuit, & fecit fratrem suum exui vestibus, & super cathedram poni. Cum esset in cathedra positus, fecit, ut supra caput gladius acutus per filum ferricem penderet, & quatuor armati cum gladiis acutissimis starent, unus à parte anteriore, unus à posteriore, unus à parte dextra, unus à sinistra &c.

### Narratio eadem ope Participiorum elegantior:

Rex quidam legem tulit, ut, quibus subito moriendum esset, tubis summo mane ad domum canentibus, pullis induti ad iudicium properarent.

Idem Rex evocatus omnes Regni Satrapas magno convivio excepit. Symphonia. eis suavi melodia convivæ recreantibus, unus nullo ostenso lætitiæ signo, fronte contracta suspiriis indulgebat.

Videntes & admirabundi convivæ, causamque tristitiæ petere non ausi per germanum Regis iram indagant; cui ille: cras inquit, responsum audies.

Iussis verò postmodum ad ejus aedes canere buccinatoribus, vehementer commotus, pullatus ad Regem properat.

Illo paratæ profundæ foveæ cathedram fragilem, quaternis fragilibus pedibus nixam imponi, in eaque germanum vestibus exutum collocari jubet, præcuto etiam gladio supra sedentis caput, è filo tenui suspensæ, quatuor armatis ad singula latera oppositis &c.

## EXEMPLUM TERTIUM.

### Omissis Relativis, & Particulis conjunctivis à Tyrone ope Participiorum ornatus reddendum.

Rex Tripolis misit Comitibus nuncios, dum ibi erant, rogant ea, quæ pacis sunt, & misit dona *concupiscibilia*, arcum aureum, & equos. Sed dona repperunt, & illi remandaverunt, quod nunquam cum illo *pacem haberent*, nisi *Christianitatem* reciperet. Comes enim Agidius multum desiderabat terram illius, quia optima erat, & regnum ejus, quia præ cæteris erat *honorabilius*. Igitur quatuordecim diebus *explicitis* exierunt de optima vale, & abierunt ad optimum castrum antiquissimum, cui nomen erat Achas. Hoc nostri cum festinatione aggressi sunt, sed eorum impetum castellani viriliter sustinuerunt. Spæpius illos invaserunt omni telorum genere, & non prævaluerunt. & magis, quàm lucrarentur, perdiderunt. Tunc quatuordecim de nostris militibus erga Tripolim perrexerunt, & sexaginta Turcas invenerunt, qui multos captivos & animalia rapuerant, & ante se ducebant. Quos ut nostri viderunt, Domino adjuvante superaverunt, & rex de illis occiderunt, & eorum equos retinuerunt, & oves ad castra cum immensa præda remeârunt, &c.



*Quid de supprimendis Particulis causalibus dicebas?*

*Resp.* Hæc loco eleganter vel Participium adhibetur; vel Verbum subsequens Substantivo mutatum, ut e duabus una fiat constructio. Participium adhibetur: v. g. *Solus debuit consilium, quia clamor omnia turbaverat.* Fac omisso *quia*: clamore omnia turbante solvendum fuit consilium. *Deditionem fecere*; nam *annonæ defecerat*; annoa deficiente deditionem fecere. *Ira succensus est*, idcirco *ne eum læseris*: ira succensum ne læseris. Verbo autem in Substantivum mutato dices; *oboror clamor consilium solvit*; *Annonæ defectus deditionem maturavit*, *Ardorem hominis ne læseris*. Iisdem causalibus Particulis Præpositio *per* eleganter substituitur; v. g. *quia tempus est periculidum, studiis ineptus sum.* Dic: *per immodicum calorem studere nequeo.* *Scribere non potui*, quod *nondum sat casualueram*; *per valetudinem scribere non potui.*

*Ut video, in Participiorum doctrinâ probè me exercitatum esse oportebit.*

*Resp.* Ille mihi spem de se præbebit maximam, & ab germanitate se removebit longissimè, qui Participiorum ritè tractandorum solertia cæteris præstiterit. Hac una arte tam illustris est, Historicorum principis Livii, & adipalis & prope inimitabilis eum perspicuitate brevitatis.

*Cur addebas: cum perspicuitate brevitatis?*

*Resp.* Quia primum est, & stipatis nimium, consularisque Participiis in obscuritatem vel ambiguitatem incidere. Id quod sibi addidere questus est Poëta; *Brevis esse laboro, obscurus fio.* Eadem causa tyronicus T. Livii lectio, quam aliorum Autorum difficilior videtur. Modus itaque mediumque tenendum erit. Sit v. g. hæc perio-

*Nachdem ich die Arbeit, welche ich neulich angefangen, kaum vollendet hatte, und mich zu einer andern fertig machte, besuchten mich einige Freunde, welche mich zu dem Spiel gebracht, so mir dazumal recht nöthig war, weil ich ziemlich müd worden.*

*Cum labore quem nuper coeperam, vixdum perfunctus essem, & ad alia me pararem, visebant me amicorum quidam, qui me ad ludum traxerunt, qui mihi tum, quia admodum lassatus fui pernecessarius erat.*

En, ut omisissis Particulis temporis cum, copulativâ & causali quia, Relativo qui, sex constructiones in unam, nec læsa perspicuitate coalescant:

*Labore nuper coepto vixdum perfunctum, & ad alia parantem me, inviscentes amici ad ludum traxerunt, mihi tum admodum lassato pernecessarium.*

*Aliud:* Nachdem der Prinz Belgrad beydersseits eng eingeschperret, damit er sich von auswendiger Belagerung los machte, hat er seine Völcker aus dem Lager gezogen darauf in die Schlacht-Ordnung gestellt, und weil der Nebel anlaß gab, den Feinden, so dem Sieg schon in Händen zu haben vermeynten, eine solche Niederlage zugefügt, die sie nicht leicht ersähen werden.

*Princeps, Belgrado utrinque arctè circumvallato, extrema se obsidione liberaturus, eductis inque aciem dispositis copiis, per nebulæ opportunitatem, hostibus, jam se victoriam manu tenere ratis, cladem intulit, haud facile reparandam. Viden e septem constructionibus unam.*

*Aliud Valerii Maximi:* Carthagine capta uxor Asdrubalis exprobrata eidem impletate, dextra lævaque duos filios mortem non recusantes trahens, incendio se flagrantis patriæ iniecit.

Ejusmodi exempla Livii pagina utraque suppeditat.

## Exemplum Livianæ Brevitatis è crebro Participiorum usu.

*Itade Turnus Rutulique diffisi rebus suis ad florescentes Hetruscorum opes, eorumque regem Mezentium confugiunt: qui Cære, opulenta oppido imperitans, jam inde ab initio, novæ urbis origine minime lætus, & tum nimio plus, quam satis tutum esset accolis, rem Trojanam crescere ratus, haud gravatim socia arma Rutulis junxit.*

## Participiorum tractandorum imperitus ita fortasse fecisset:

*Turnus ac Rutuli diffidebant rebus suis & ad opes Hetruscorum, quæ tum florescant, & eorum Regem Mezentium confugiunt; qui Cære, quod opulentum erat oppidum imperitabat; & quia jam inde ab initio, novæ urbis origine minime lætabatur, & tum nimio plus, quàm satis tutum esset accolis, rem Trojanam crescere rebatur, haud gravatim &c.*

## Vernaculè verò in hunc modum.

Turnus und die Rutulern fiengen an, ihrem Handel zu misstrauen, und nahmen ihre Zuflucht zu den Petruuriern, so damals gar mächtig, und ihrem König Mezentio, welcher über Cäre, das dazumal eine reiche Stadt war, herrschete, und schon Anfangs sich über den Ursprung der neuen Stadt Rom wenig erfreuete, weil er vermeinte, es würde sich das Trojanische Wesen grösser machen, als es der anliegenden Völker Sicherheit zuliesse, so hat er sich unbeschwert mit den Rutulern in ein Bündniß eingelassen. | E! quantum diffusa hæc Germanitas ab stricta illa, & ed venustiore Latina brevitæ distideat.

## IV. Quale ad elegantiam adjumenti genus est, quas quarto loco dixeris Observationes singulares?

Resp. Qui ad restituendum Latinæ Lingvæ suum nitorem superioribus sæculis primi operam contulere, observationes quasdam singulares earum rerum, è quibus antiquæ Latinitatis ingenium maximè enitescit, litteris tradidit. Hadriani Cardinalis opusculum de Latino sermone præcipuè commendari meretur. Ceteri sunt: Laurentii Vallæ & Sylviæ elegantie; Anton. Schoni Thesaurus, Gaclenii Observationes Latinæ Lingvæ: Doleti Epitome, Vorstii de Latinitate meritò & falsò suspecta; Borrichii Vindiciæ, Cellarii Antibarbarus; Nieffii de Ortu Latinæ Lingvæ &c. Horum libellorum quempiam, cum parables sint admodum, sibi comparasse juverit.

Atqui ad manum nullum habeo?

Resp. Unus instar omnium Flos Latinitatis P. Pomæ est, viri de hac litteratura optimè meriti. Hoc ille libello observationes illorum plerasque, quique Verborum singulorum, Nominum, Participulorum proprius & elegans usus sit, pulchrè complexus est; ut adeò Syntaxis Particularis & Ornata compellari possit.

Quò pacto ejus usum mihi familiarem reddam?

Resp. Hanc exercitationem, quam magni momenti existimo, describam tibi minutius. Initium facies in principio Tertiar, acque hac methodo:

Legendus imprimis erit, & attentè relegendus, quem dixi, Flos Latinitatis, certumque Lectionis hujus pensum in dies singulos constituendum; v. g. Pagina seu folii latus unum quo pacto totum commodè per tertiæ & quartæ decursum absolvetur.

Secundo: Repetendum erit statè lectionis pensum cum condiscipulorum aliquo cæteris studiofiore. Repetitionis hæc erit ratio, ut alternas quærentis & respondentis partes obeatis. Quæret primus, quæ Sententiæ Latinis respondeat significatio Germanica? alter vicissim. Quæ Germanicæ Latina? Vide

## SCHEMA:

Quomodo flos Latinitatis inter duos utiliter repeti possit, seu privatim, seu in schola.

Primum e. g. pensum esto Verba: Abalieno, Abduco. Secundum: Abduco, Abdo, Abduco. Tertium: Abeo, Quartum: Aberro. Quintum: Abhorreo, Abigo &c. Ex hoc penso rogabit primus, respondebit alter: v. g.

Quomodo Latine reddis?

Mein Bruder ist mir feind worden.  
Du hast den Vater von mir abwendig gemacht.  
Sich von einem absondern.  
Er hat abgedankt.  
Er hat das Bürgermeister-Amt aufgegeben.

Man hat ihn seines Amts entsetzt.  
Er will ihn für keinen Sohn erkennen.

Hæc respondendi vice perfundus, alter roget è converso priorem: v. g.

Quomodo Germanicè reddis?

Frater meus à me se abalienavit.  
Abdicavit se magistratū.  
Se ab aliquo, aliquem à se abalienare.

Abdicat, rejicit, repudiat illum filium, &c.

Alter resp:

Frater meus se à me abalienavit.  
Patrem, vel patris voluntatem à me abalienasti.  
Se ab aliquo abalienare.  
Abdicavit.  
Abdicavit se consulatū.

Abdicatus, privatus est suo munere.  
Abdicavit filium.

Primus resp.

Mein Bruder ist mir feind worden.  
Er hat sein Amt aufgegeben.  
Sich von einem, einen von sich abwendig machen.  
Er will ihn für keinen Sohn erkennen, &c.

Scri-

*Scriptio*, quæ talis erit, Indici Germanico, qui Flori Latinitatis subnectitur, tu significationes Latinas è pagina notata, in libello ad id parato adscribes in hunc modum: primum in indice Verbum est: abbitten; adde Latinum: *deprecari aliquem, ab aliquo, vel aliquid; Etwas inßändig bitten* &c. Abbrechen, *intermittere consuetudinem, opus, iter, laborem* &c. Einen Gebrauch, Werck, Reise, Arbeit, &c. abbrechen, &c. Scriptio ejusmodi singula memoria imprimet tenacius, nec operosus erit admodum, dum assiduus sit, nec unquam intermissus labor.

*Quid inde utilitatis capiam?*

*Resp.* Qui hanc industriam per supremas duas Grammaticæ Classes continuaverit, Dii boni! quem sibi thesaurum juvenili memoria conditum parabit! qua facilitate Epistolam, Narrationem, Chriam, Carmen, Orationem panger, quam venustatem senilem, quam antiquitatis speciem stylo conciliabit suo! quam solidum jaciens veræ Latinitatis fundamentum, reliqua ætate velut aliud agenti exædificandum!

*Videris nimium oneris imponere, & præter Syntaxin generalem, etiam particularum hanc exigere?*

*Resp.* Tingi te potius hoc elegantiarum colore, quam imbui; & methodum sattem, fontes, artemque earundem condiscere velim. Ab juvene docili, avido, tempusculorum parco, plura opinione præstari possunt. Fortasse hæc exercitatio in ipsam scholam induci posset ea ratione, ut Academicis (iis dico, qui præter scholæ ordinaria plus aliquid efficere possint, quorumquæ è denis ferè unus est aut alter) suis cuique æmulus, pensumque unius paginæ præscribatur, quod inter se repetant. Id tamen liberum cuique, nec nisi voluntium esse oportebit, neque, si omittatur, ulli poenæ obnoxium. Saltem pauculi è multis præclari Latini è scholis egredientur.

*V. Ut memini, rectam Particularum usum, quantum dicebas Elegantiæ*

*Fontem?*

*Resp.* Præpositiones, Conjunctiones, Adverbia intelligo, quæ velut fibræ corpus orationis omne pervadunt. Nulla re Latinæ ingenium exprimas melius, ac eas ritè tractando. Adeo in parvis his magna venustas. Tursellinus primus eam viam prævit, opusculo de Latinis Particulis elegantissimo. Quamquam hoc quoque carere possit, qui Floris Latinitatis partem tertiam de *Adverbiis*, & primo loco, & præ cæteris attentione studioque majore sibi familiarem reddiderit.

*VI. Quod est postremum elegantie comparande adjumentum?*

*Resp.* Verborum apta Collocatio. Rhetoris quidem hæc, ars propria est, delibanda tamen tyroni. Cum ad ornatum splendorémque orationis plurimam interfit, quò ordine collocentur verba, sic ut eadem sententia, sed aliter disposita, jam seipsa elegantior videatur. Perinde ut capilli idem, qui impeji horrore erant, pectine compositi in ornamentum vertunt. Præcipuas aliquot Collocationis Elegantias ex Sylvio depromptas habeto:

### *Elegantie Collationis.*

1. Verbum plerumque periodum terminat; e. g. Non enim procacitate lingue vitæ fordes diluuntur.
2. Omnis, nullus, meus, tuus, suus, oleganter in finem Periodi rejiciuntur; Illa lex turpitudinem habet summam, gratiam nullam. Si animum inspiceres meum;
3. Comparativa, & Superlativa tum in fronte, tum in fine Periodi: *Agricultura nihil melius, dignitas nihil invenitur.*
4. Cum idem vocabulum repetitur, continenter ponitur: *Amicus amici consuetudine gaudet; Clavus clavò traditur.*
5. Idem de Derivativis intellige: *Oratori orationes sunt legendæ? Deformis deformitate sua ne deiciatur,*
6. Duo contraria itidem continenter ponuntur: *Dosti indoctis præstant, alii exultant, lamentantur alii,*
7. E Numeralibus minor præponitur: *Annus octavus & tricesimus; Sextus decimus.*
8. Genitivus eleganter ab altero Substantivo voce aliqua interjecta separatur: *Tuarum litterarum admiratus sum elegantiam,*
9. Inter magis quam nihil interponitur: *Laudæ delector magis, quam pecuniâ,*
10. Particula quam elegans est inter duos Comparativos: *Felicior, quam ditior; Laudas me amicus quam verius,*

11. Particula *quam* inter duo Nomina eleganter ante Comparativum ponitur:  
*Re quam verbis liberalior; Aristoteles, quam Plato doctior.*
12. Item ante verbum *Malo*;  
*Italiam, quam vitam deferere malo; Intelligi me, quam laudari malo.*
13. Inter duo Epitheta vox aliqua interjicitur:  
*Magnum opus omnino atque arduum.*
14. Continuata duo Substantiva vix sine particula *Et* ponuntur.  
*His illum officiis & liberalitate adjuva.*
15. Vocabula composita interdum dividuntur.  
*Magno à te opere peto; Rem vero publicam ne desere.*
16. Particulæ *antequam, priusquam, postquam*, eleganter dividuntur:  
*Nullas ante litteras accepi, quam tu redieras.*  
*Post diem quartum, quam in Britanniam ventum est, eum adi.*  
*Parandum prius bellum, quam gerendum.*
17. Nomen dignitatis Proprio præponitur.  
*Pontifex Maximus Clemens; Cæsar Carolus.*
18. Cognomina Nominibus anteponuntur:  
*Phalerius Demetrius; Montecuculus Reymundus.*
19. Præpositio præponitur post *cujus, quorum*;  
*Cujus ex amicitia; quorum in ædibus.*
20. Accusativus post Infinitivum;  
*Contemni te putas; Mirari se ait.*
21. Participio postponuntur *me, te, se*;  
*Visurum me spero; Amantem me redama.*
22. Ablativus in fronte vel medio, certè ante verbum ponitur:  
*Re intellecta ad te properabo.*
23. Ut ne, loco ne;  
*Opem da, ut ne fallere.*
24. Inter particulas *ne quidem, non solum, non tantum, non modo, sed etiam* aliquid eleganter interponitur:  
*Amicitia non nutua solum colenda, sed. Non Petrus tantum, sed omnis. Non pilis tantum, sed gladiis etiam.*
25. Particulæ *si nisi*, non in fronte, sed proxime verbum eleganter locantur:  
*Amantem si negligis; id ille si fecerit.*
26. Ut in medio & proxime verbum;  
*Negotium ut conficias, labora. Ita confusa est gratia nihil ut primum; nihil ac sit secundum.*
27. *Qui, quæ, quod*; item: *eum, dum, cur, ne*, eleganter in medio:  
*Relictum quod erat, arripui. Eam causam cum suscipio. Ambulatum dum irret. Fortuna vim ne experire.*

*Non item Poëticis Elegantiis licebit uti?*

*Resp.* Inter eloquentiæ corruptæ causas putem hanc non esse ultimam, quod aliquorum Juvenum depravatus gustus eo iverit, ut orationem scripturi, elegantias & Synonymis, gradibus ad Parnassum, Flavissis &c, aucuparentur; Metaphoris intarcirent omnia, Phrasibusque Poëtarum propriis. Qua re nihil perverius excogitari potest. Memini puerum me gemmulas has summo studio consecratum, plurimum laudis retulisse, si nullam periodum non aliqua Metaphora exornatam afferrem. Habebam inter adversaria mea:

*Nescio, quo nonerantis fortuna fidere evenisse dicam.*

*Insulæ nausentis naturæ vomitu in orbem ultimam ejectæ.*

*Cum primi anni florent, jam maturitas autumnabat in vultu.*

*Non expandunt se hortensem in iridem folia, nisi é laboris nubibus pluvie distillarint.*

*Capillos cogunt in suggestum, sed crede mihi, nunquam illo de suggestu peroravit sapientia. Sub illa cæsarie nihil reperies, quam Aristophanis nebulas Polystrati somnia, merasque tenebras in angustissimo Capitolio scilicet triumphantes.*

## CAPUT QUARTUM.

### De Copia Latini Sermonis.

*Quid intelligitur nomine Copiæ verborum?*

*Responsio:*

**U**t eandem Sententiam non modo proprie & eleganter, sed varietate multiplici aliis aliisque verborum formulis efferre, ac veluti ceram in alias aliasque for-

formas & modulos transfundere moris; ut cum ident dieas, aliud semper dicere videare. Quod ut in omnibus linguis laudi datur, ita in Latina mortalibus, qui fuerunt, omnibus sic antecelluit Cicero, *Orationis ejus divitias, varietatem illam non imitabilem, ipsi ejusdem ætatis Oratores disertissimi demirarentur.*

*Quid utilitatis offert hæc copia?*

*Resp.* Prima est ac necessaria ad Poeticam ac Rhetoricam præparatio. Hærebis in carmine condendo misere, nisi Sententiam Protei instar tamdiu transformare scias, dum verba eveniant metro apta. Cæterum uti in rebus omnibus, ita in oratione varietas delectationem habet. Ut eolorum rerumque diversitate jucunde tenetur oculus nec contentus sine tonorum alternis, nec ejusdem semper condimenti obsonium, nec invariata eademque vestis, utut pulchra, diu placent; ita nihil fastidiosius jejuno, inope, unius toni & coloris Oratore. Quod vitium Tautologiam, hoc est, ejusdem sermonis insulsam iterationem, Græci appellant.

*Quomodo comparanda est Copia verborum, & quando?*

*Resp.* In suprema Grammaticæ tentandum aliquid, viæque prænoscentia, qua deinceps eatur. Comparatur, ut reliqua omnia, exercitatione ac lectione Classicorum, Tullii imprimis, in quo uno cornu quoddam habes Copiæ. Quia tamen hæc lectio multorum annorum est, ac juvenibus paulo impeditior, Phraseologiæ interim subsidio, alieno nempe peculio vivendum, præceptaque eadem Phraseologiæ rite utendi discenda sunt.

*Quæ præcepta affert?*

*Resp.* Generalia quædam de Sententia qualibet, quantumvis sterili, varie commutanda; Singularia quædam de iis argumentis, quæ frequentius in orationem veniunt. Ars in eo est, ut, quod Erasmus, quem præeuntem multis in rebus sequor, ait: Sententiam quandam sumas, eamque varies quam sæpiissime. Qui labor uberiorem afferet frugem, si plures inter se, proposito in medium themate, conflitentur. Tum enim mutuis inventis adjuvabuntur singuli, & velut ansa præbita plura quisque inveniet. Quæ quidem in re conveniet, Milonis illius Crotoniata solertiam imitari, ut principio his, deinde ter, deinceps sæpius ac sæpius variando, ad eam facultatem proficiamus, ut jam sine negotio centies aut ducenties variare possimus.

## VARIATIONIS PRÆCEPTA GENERALIA.

*Quenam sunt de Copia generatim præcepta?*

*Responsio:*

**T**res sunt primarii fontes Copiæ: I. SYNONYMIA; II. ENALLAGE; III. EQUIVALENTIA. *Synonymia* ex Græco συν & ὄνομα, quasi Con-nominatio, verba subministrat diversa, rem tamen eandem significantia: v. g. Domus, ædes, Ensis, gladius; litteræ, epistola; Chæpta, papyrus.

### I. Synonymia, seu Cognominatio.

*Quomodo querenda sunt Synonyma?*

*Resp.* Ejusdem consilio vis maxima è bonis autoribus colligenda foret, quia tamen hæc diligentia non hujus ætatis est, è Phraseologia conquirenda erunt. Quæ in conquisitione id cavendum, ne Synonyma, quæ in proposita Sententia Synonyma non sint, deligantur: v. g. *Parva scintilla neglecta magnam sæpe excitavit incendium.* Reperies pro excito adhortor: quod alienum habet ab hac Sententia sensum. Voces namque plurimas duplicem habent significationem, propriam, & similitudinariam seu metaphoricam. *Proprie* dicimus: Librum abjecit in terram. *Translate:* Animum abjecit. *Proprium* est: Abducere pecora. *Translatum:* Abducere aliquem a vitio. *Proprium:* Affigere cruci. *Translatum:* Animum studiis. *Prop.* Abit domo. *Transl.* Abit ira homini. *Prop.* Ablegare foras aliquem. *Transl.* Ablegare curas. &c. Cavendum itaque, ne, cum proprium adhibendum esset, translatus loco non suo substituas. Quæ in re iudicio aliquo opus est. Sunt quædam in speciem idem significantia, quæ tamen plurimum inter se discrepant: ut: *Amo, diligo; Abstinencia, continentia; Ira, indignatio, &c.* De hac tamen differentia religiosam admodum esse non oportebit juvenem.

### II. Enal-

## II. Enallage, seu Immutatio.

*Quid est Enallage, & quis ejus usus?*

*Resp.* A Græco ἐν, in, & ἄλλος, alius, è quo ἐνᾶλλοισιν, aliud reddo, seu immuto, unde Ἐνᾶλλαξις, Enallage, immutatio; seu ejusdem vocis paulum deflectæ variatio: v. g. *Edo*, edacitas, peredo &c. *Amo*, amor, amicitia deamo. *Prudens*, prudentia, imprudens. Fit hæc immutatio *primò*, cum vocis alienius figura, vel species, id est, *simplex* in compositam, *primitiva* in derivatam, aut contra mutatur; seu cum una pars orationis in aliam, Verbum in Nomen, Substantivum in Adjectivum vel Adverbium ac vicissim convertitur. *Secunda* species Enallagæ est, cum reliqua attributa Verbi, Nominis, Adverbii deflectuntur: ut Modi, Tempora, Casus, Numeri &c.

*Quæ partes orationis utramque hanc Enallagæ speciem maximè recipiant?*

*Resp.* Verbum & Nomen. Nam interjectiones, Conjunctiones, Præpositiones, Adverbia nimium mutationis admittunt. Participia Verbo aut Nomini accenseri possunt. Mutatur ergo Verbum in Substantivum Nomen: v. g. *Discernit* nihil; nihil *discriminis* habet. *Admiror*; tenet me *admiratio*. Substantivum in Adjectivum; ut: *Valde impudens*, insignitæ *impudentiæ*. *Fecundus*, miræ *fecundiæ*. Adverbium; ut: *Hilariter* vivit, *hilaris* vivit.

*Quomodo immutantur attributa Verbi?*

*Resp.* In Verbi genus, id est, vox *Activa* in *Passivum*: v. g. *Laborantes DEUS* adjuvat; à *DEO* adjuvantur. Contingit multos hæc infamia; hac infamia multi continguntur.

*Modus.* In *Imperat.* *Laborato*, & *DEUS* adjuvabit. *Conjunctio.* Si labores *DEUS* juvabit. *Infinit.* *Laborare* est *DEI* opem provocare. *Depone* inimicitiam. Si me audis, *depone* inimicitiam. Bene tibi consules, cum inimicitiam *posueris*. Suadeo tibi *ponere* &c.

*Tempus.* *Imperfect.* Nullo non tempore *Dii* laboriosos juvabant. *Perfect.* Quis impensè laboriosus à *DEO* adjutus non est? *Plusquamperfect.* Nullum exemplum est, quia studiosum hominem *Superi* adjuvissent. *Futur* *Laborato*, & juvaberis. *Trahit* sua quemque voluptas; quis est, quem non traheret; quem non traxerit, traxisset, traheret aliquando sua voluptas.

*Persona.* 1. *Laborantes* certò à *DEO* adjuvamur. 2. *Labora*, & juvabere. *Numerus.* *Laborantes Dii* adjuvant. *DEUS* adjuvas. *Breptis omnibus spem retine.* *Persona.* *Spem retineo.* Qui spem retinet, haud omnia perdidit. *Numer.* Spem retinete.

*Ut attributa nominis mutantur?*

*Resp.* 1. *Casus.* *Laborantes* juvantur à *DEO*. *Gen.* *Laborantium* curam *DEUS* gerit. *Dat.* *Laborantibus* præsto est *DEUS*. *Accusat.* *Laborantes* adjuvat. *Ablat.* A *laborantibus* nunquam frustra *DEUS* invocatur. *Id nuntium mihi gaudio fuit; Gaudii* materia fuit; *Gaudium* attulit; *Gaudio* me implevit.

2. *Numerus.* *Laborantem, Laborantes.* *DEUS, Dii.*

3. *Genus.* *Pileum, pileus.* Hoc *barbiton*; hæc *barbitus*.

4. *Declinatio.* *Violens, violentus; Conagium, contagio; Senectæ, senectus &c.* regentia aptè applicueris.

*Unde petam Enallagen Speciei ac Figuræ?*

*Resp.* E Clavi seu Dictionario Denzleri, ac longè expeditius è Primitivorum seu Radicum libello, ubi primitivis ac simplicibus Derivata sua vel Composita ordine subiecta reperies; v. g. sit varianda Sententia; *Misero auxiliare.* Quære in Radicum libello primitivum *Miser*; reperies Derivata *Miseria misere, miserar, &c.* Composita: *Miseritior, commiseror &c.* Quære porro, an verbum auxilior primitivum sit, an derivatum? Radicum gnarus facile meminerit, ejus primitivum esse *augeo*, ejus derivata reperies, *augesco, augmentum &c.* Item ab *auxilior* auxilium, auxiliator &c. viden, quâ ubertate fluat Fons hic Immutationis.

## III. Æqui-

III. *Æquivalentia.*

*Quid intelligis Æquivalentiæ nomine, quam tertium aebas Copiæ fontem?*

*Resp.* Dicitur & *Equipollentia*, Græcè ἰσοδυναμία, ab ἴσος, similis, aequalis & δύναμις, possum, valeo, δύναμις, potentia, valentia. Fit hæc Æquivalentia, vocem vel sententiam contrariis mutando, addita particula negante: v. g. homo diligens; non indiligens. Omnibus gratus; nemini odiosus. Vigilandum est; minime dormiendum est. Laborantes Deus juvat; otiosos Deus aversatur. Permitto; non repugno.

Non autem Æquivalenti huic sententiæ vel voci suam iterum Synonymiam, sua, Immutationes esse conquirendas. Quæ industria, si cæteræ omnes absint, tantam effundet verborum redundantiam, ut vel librum de quâpiam scripturo, nunquam defuturæ fiat formula, idem semper aliter aliterque exprimentes.

*Quid igitur mihi, sententiam meam, quam possum sæpissime, variare cupienti faciendum erit?*

*Resp.* Adolescenti ingenioso methodum hanc, nempe felicibus multorum experientis comprobata, tenendam sudeo:

*Primo*, ut sententiæ propositæ, v. g. *Laborantes Deus adjuvat*, Synonyma è Phrasologia conscribat. V. g. *Q. Laboro*; *Synon.* Elabore, contendo, operam dō. His, vide, an non sua item sint nova Synonyma, v. g. *Contendo*; *Syn.* Nitor, enitor, curo, conor. Neque hic sistes, sed novis his alia rursus Synonyma conquires, eosque continuo querendi labore, dum omnino exhaustis. Eadem accusatione verbum *Adjuvat* excuties. Conquisita Verba à Nominibus seorsim conscribe.

*Secundo*. Verbis, Nominibus, Adverbiis suas è Radicum libello Enallagas, seu Derivata & Composita exscribes, v. g. *Elabore*, *Elaboratio*, &c. *Contendo*, *Contentio* &c.

*Tertio*. Pone Sententiæ ejusdem Æquivalentiam, à contrariis; *pigros Deus deserit*. Huic suam iterum Synonymiam ac Enallagas, quo dictum est modo, colligito.

Cæterum tota hæc Copiæ exercitatio Exemplis melius, quam Præceptionibus percipitur. En Schema.

### Exemplum Copiæ Verborum pro varianda Sententia: Laborantes Deus adjuvat.

**E** primo fonte Copiæ, Synonymia vocibus singulis; *Laborantes*; *Adjuvat*; *Deus*; sua Synonyma sunt querenda.

Quære: *Laboro*; *Syn.* *Elabore*, *Contendo*, *Operam dō*. Quærto rursus in Phrasologia, horum Synonymorum Synonyma, nempe primum Verbi *Contendo*; & sic deinceps in hunc modum. Quære: *Contende*; *Syn.* *Nitor*, *Enitor*, *Curo*, *Conor*; q. *Operando*; *Syn.* *Administratio*, *Munus*, *Studium*, *Actio*, *Opus*, *Cura*; q. *Nitor*; *Connitor*, *Adnitor*; q. *Curo*; *Syn.* *Studeo*; q. *Conor*; *Tento*, *Experior*; *Id molior*, *Incumbo*, *Id pugno*; q. *Administratio*; *Syn.* *Curatio*, *Procuratio*; q. *Munus*; *Syn.* *Officium*, *Provincia*. q. *Stadium*; *Syn.* *Labor*; q. *Actio*; *Syn.* *Actus*, *Factum*, *Negotium*; q. *Opus* -- q. *Cura*; *Sollicitudo*, *Diligentia*, *Cogitatio*, *Meditatio*, *Angor*, *Molestia*; q. *Studeo* -- *tento* -- *experior* -- q. *Molior*; *Syn.* *Ago*, *Struo*, *Machinor*, *Paro*, *Comparo*; q. *Incumbo* -- q. *Pugno*; *Syn.* *Dimico*, *Certo*, *Depugno*; q. *Cuvatio* -- *Procuratio*; *Syn.* *Gubernatio*; q. *Officium*; *Syn.* *Partes*; q. *Provincia*; *Syn.* *Onus*; q. *Labor*; *Syn.* *Afflictio*, *Contentio* animi, *Vigilia*, *Sudor*, *Affiduitas*; q. *Actus*, *Factum*, *Negotium*, *Procuratio*, *Opus*; *Syn.* *Artificium*; q. *Sollicitudo*; *Syn.* *Molestia*; q. *Diligentia*; *Syn.* *Affiduitas*, *Sedulitas*, *Mentis agitatio*; q. *Meditatio*; *Syn.* *Exercitatio*; q. *Ago*; *Syn.* *Tracto*, *Gero*, *Agito*, *Aggredior*; q. *Dimico*; *Syn.* *Confligo*; q. *Certo*; *Syn.* *Decerto*, *Belligero*; q. *Contentio*; *Syn.* *Luatio*, *Certamen*, *Dimicatio*, *Pugna*; q. *Sudo*; *Syn.* *Defudo*; q. *Affiduitas*; *Syn.* *Perseverantia*; q. *Exercitatio*; *Syn.* *Industria*, *Curriculum*; q. *Tracto*; *Syn.* *Exerceo*, q. *Gero*; *Syn.* *Administro*. *Agito*; *Verbo*, *inquirō*. *Dimicatio*, *Discrimen*. *Pugna*; *Certamen*. *Perseverantia*; *Constantia*. *Commotio*; *Motus*. *Industria*; *Ars Solertia*, *Ingénium*, *Curriculum*; *Stadium*, *Cursus*, &c.

Horum

## Horum Synonymorum Enallagæ, seu Derivata &amp; Composita.

*Enallagæ Nominum*: Opera; Operosus, Operatio, Operor, Cooperor, Oportet. *Studium*; Studiosus; Studiofita, Studiose. *Actio*; Actuosus, Actor Adnosc. *Cura*. Curator, Curantia, Curiosus, Accuro, Accuratio, Accuratus, Curator. *Officium*; Officina, Labor; Laboriosus, Adlaboro. *Negotium*; Negotiosus, Negotior, Negotiator. *Solicitudo*; Solicito. *Diligentia*; Diligenter. *Onus*; Onero. *Contentio*; Contentiosus. *Vigilia*; Vigil, Vigilo, Vigilantia, Per - E - Ad - Invigilo. *Sudo*; Sudo, Desudo, Infudo. *Affiduitas*; Affiduus, Affidue. *Sedulitas*; Sedulus, Sedulo. *Exercitatio*; Exerceo. *Luctatio*; Luctor, Reluctor, Obluctor. *Certamen*; Certatio, Certo, Decerto. *Pugna*; Pugna, Lucubratio; Lucubro. *Perseverantia*; Persevero. *Industria*; Industriosus, Industrie. *Solertia*; Solers, Solerter, &c.

## Deus.

*Synonymia*: Deus; Dii, Divi, Divinus, Divinitus, Divinitas, Superi, Cœlum, Cœlestes, Cœlicolæ, Jupiter, Mars, Hercules, Plutus, Minerva, Juno, Apollo, &c.

## Adjuvat.

*Synonymia*: *Adjuvo*, *Juvo*; Opitulator, Adminiculator, Auxilior, Suffragor, Sublevo. *Quære*: Opitulator; Subvenio, Adminiculator, Fulcio. *Auxilior*; Succurro, Adsum. *Suffragor*; Faveo. *Sublevo*; Sustento. *Subvenio*; Subsidio sum, Fulcio, Sustineo. *Succurro*; Succedo. *Adsum*, *Faveo*; Spūdeo, Amo, Complector. *Subsidium*; Perfugium. *Sustineo*; Tuo. *Amo*; Diligo, Benevolus sum. *Perfugium*; Portus, Præsidium, Asylum. *Tuo*; Tutor, Custodio, Faveo, Præideo. *Diligo*; Charus. *Benevolus*; Amicus, Studiosus. *Præsidium*; Spes, Securitas. *Custodia*; Servo, Oblervo. *Faveo*; Tego, Alo, Retineo. *Charus*; Acceptor, Jucundus. *Amicus*; Cupidus. *Spes*, *Fiducia*, Firmamentum. *Alo*; Nutrio, Pasco, Pascuus. *Firmamentum*; Stabilimen, Robur, Vires. *Robur*; Vis, Vires, Firmitas, Nervi. *Vires*; Lacerti, Facultas, Vis, Efficacia, &c.

## Hujus Synonymiæ Enallagæ.

*Enallagæ Nominum*: *Perfugium*; Perfugio, Confugio, Pertugium. *Benevolus*; Benevolentia, Volo, Voluntas. *Portus*; Littus, Portuosus. *Charus*; Charitas. *Fiducia*; Fido, Fidentia, Confidentia. *Firmamentum*; Firmo, Confirmitas, Firmus. *Stabilimen*; Stabilio, Scabillitas. *Robur*; Corroboro, Robustus, Nervi, Nervosus. *Lacerti*; Lacertosus. *Facultas*; Facilis, Efficacitas, Efficax. *Gratus*; Gratia, Gratosus.

*Enallagæ Verborum*: *Adjuvo*; Adjutor. *Adjumentum*, *Adjutorium*, *Opitulator*; Opitulatio, Opitulator, Opem fero, Opulentus. *Subvenio*; Subventio. *Adminiculator*; Adminiculum, Adminiculatio. *Fulcio*; Suffulcio, Fulcrum, Fulcimentum. *Auxilior*; Auxilium, Auxiliator, Auxiliarius. *Succuro*; Succursus. *Suffragor*; Suffragatio, Suffragium, Suffragator. *Faveo*; Favor, Fautor, Favorabilis, Fautus, Fautitas. *Sublevo*; Allevio, Allevatio, Allevamentum. *Sustineo*; Sustento, Sustentatio. *Subsidio sum*; Subfidarius. *Succedo*; Succensus. *Spūdeo*; Studium, Studiolo. *Amo*; Deamo, Amor, Amicabilis. *Tuo*; Tutor, Tutela, Tuitio, Tutor. *Diligo*; Dilectus, Dilectio. *Custodio*; Custos, Custodia. *Faveo*; Resoveo, Confoveo, Fomentum. *Præideo*; Præsidium, Præfidarius. *Alo*; Alter, Alumnus, Alimentum, Alitura. *Tego*; Protego, Protectio, Protector. *Nutrio*; Nutritum, Nutricius. *Pasco*; Pabulum, Pastor, Pascua.

Hanc tantam & Synonymia & immutatione enatam supellestem in ordinem redegeisse juverit: v. g.

## Laborantes.

*Verba*: Elaboro, Contendo, Operam do, Nitor, Enitor, Curo, Conor, Administro, Conitor, Adnitor, Studeo, Tento, Experior, Molior, Incumbo, Pugno, Ago, Struo, Machinor, Paro, Dimico, Certo, Depugno, Tracto, Gero, Agito, Aggredior, Confligo, Decerto, Sudo, Desudo, Exerceo, Verso, Inquiro, Operor, Cooperor, Oportet, Adlaboro, Collaboro, Negotior, Sollicitor, Onero, Vigilo, Evigilo, Invigilo, Pervigilo, Luctor, Obluctor, Lucubro, Persevero.

*Substantia*: Subsidium, Perfugium, Portus, Opera, Munus, Studium, Actio, Opus, Cura, Curatio, Officium, Provincia, Partes, Labor, Negotium, Sollicitudo, Diligentia, Cogitatio, Meditatio, Contentio, Molestia, Onus, Afflictio, Contentio  
ani-



**animi, Vigilia, Sudor, Assiduitas, Sedulitas, Mentis agitatio, Exercitatio, Luctatio, Certamen, Dimicatio, Pugna, Perseverantia, Industria, Cæculum, Stadium, Discrimen, Constantia, Ars, Solertia, Ingenium, Cursus.**

**Adjectiva: Operosus, Studiosus, Actuosus, Curiosus, Accuratus, Laboriosus, Negotiosus, Diligens, Vigil, Assiduus, Sedulus, Pugnas, Industrius, Solers.**

### Adjuvat.

**Verba: Juvo, Opitutor, Adminiculator, Auxilior, Suffragor, Sublevo, Subvenio, Fulcio, Adsum, Faveo, Sustento, Subsidio sum, Sustineo, Succedo, Studeo, Amo, Complector, Tueor, Diligo, Benevolus sum, Tutor, Custodio, Præideo, Servo, Observo, Tego, Alo, Retineo, Nutrio, Pasco, Confugio, Fido; Firmo, Confirmo, Stabilio, Corroboro, Suffulcio, Allevio, Deamo, Confoveo.**

**Substantiva: Perfugium, Pertus, Præsidium, Asylum, Spes, Securitas, Fiducia, Firmamentum, Stabilimen, Robur, Vires, Vis, Virtus, Nervi, Firmitas, Lacerti, Facultas, Benevolentia, Littus, Charitas, Fidentia, Confidentia, Stabilitas, Efficacitas, Gratia, Adjutor, Adjumentum, Adjutorium, Opitulatio, Opitulator, Subvenio, Adminiculum, Adminiculator; Fulcrum, Fulcimentum, Auxilium, Auxiliator, Succursus, Suffragio, Suffragium, Suffragator, FAVOR, Fautor, Fauftitas, Allevamentum, Subsidiarius, Studium, Tutor, Tutela, Tuitio, Dilectio, Custodia, Custos, Fomentum, Præsidium, Altor, Alimentum, Nutrimmentum, Pabulum, Pastor, Pascua.**

**Adjectiva: Charus, Amicus, Studiosus, Benevolus, Acceptus, Jucundus, Cupidus, Gratus, Portuosus, Firmus, Facilis, Efficax, Auxiliarius, Tutus, Amicabilis, Fauftus.**

## Tertius Fons Copiæ, Æquivalentia, cum sua Synonymia & Immutatione.

### Pigros Deus deserit.

#### Pigros.

**Quære: Piger; Syn. Segnis; q. Segnis; Languens. Languens; Flaccesco. Languidus sum, Torpeo, Torpesco, Marcesco. Languidus; Tardus, Debilitatus, Mollis, Enervatus, Remissus. Torpeo; Obtorpesco. Marcesco; Putresco. Tardus; Cunctator, Tardo, Cunctor, Indormio, Differo. Debilitatus; Fractus. Mollis; Effeminatus, Delicatus. Lentus; Frigidus, Tener. Languor; Desidia, Desidia, Torpor, Stupor. Negligo; Non curo, Desero, Omitto. Desidia; Inertia, Ignavia, Sordidia, Segnitie. Non curo; Inertia, Incurius, Incuriosus. Omitto; Relinquo, Missum facio, Non exequor. Inertia; Negligentia, Nequitia, Fuga laboris. Ignavia; Iners, Somniculosus, Refes, Segnitie. Incuria; Negligentia, Væcordia, Negligentia; Indiligentia. Fuga laboris; Declinatio. Averso laboris. Iners; Væcors. Dormio; Cubo, Sopor, Quiesco. Somnus; Somnio, Quiesco, Conquiesco. Quies; Orium, Vacatio, Cessatio, Remissio. Averso; Averso, Horreo, Abhorreo, Declino, Fugio, Tergiversor, Vito, Cesso, &c.**

#### Deserit.

**Desero; Desituo, Relinquo, Derelinquo, Absum, non adsum, Desum, Recedo ab aliquo, Prætermitto. Desituo; Desitutio, Derelictio. Relinquo; Missum facio. Tardo, Discedo. Derelinquo; Contemptio. Absum; Remotus, Disjunctus, Facefco. Negligo; Excludo, Contemno, Curare omitto, Prætereo. Tardo; Moror, Differo, Contemno. Contemptio; Despicientia, Despicatui habeo, Sperno, Abjicio, Aspernor, Nihil facio, Minimi æstimo. Remotus; Alienus, Abhorrens. Facefco; Abéo. Excludo; Portas claudo. Curare omitto; Incuria. Moror; Morosus. Tardo; Differo, Procrastino. Alienus; Aversus, Alienatus. Abhorreo; Aversus; Refugio, Defugio, Recuso. Me alio verto. Alienatus; Intensus. Abalieno; Rejicio. Averso; Aversus, Arceo, Removeo. Refugio; Fugio, Recedo. Recuso; Abnuo, Abnutus, Nolo. Declino; Repudio, Repello, Repulsa, Respuo, Negligo, Fastidio. Durus; Alper, Inexorabilis, Intemeas, Immitis, Inexpugnabilis, Difficilis, Adversus &c. &c.**

Hanc Synonymarum copiam pari ratione certas in classes distribuere, haud inutile erit: v. g.

## Pigros.

*Verba*: Languedo, Flaccesco, Torpeo, Torpesco, Marcesco, Putresco, Tardo, Cunctor, Indormio, Differo, Negligo, Omitto, Relinquo, Non exequor, Cubo, Sopor, Quiesco, Somnio, Dormio, Horreo, Abhorreo, Declino, Vito, Fugio, Tergiverfor, Cesso.

*Substantiva*: Remissio, Languor, Desidia, Torpor, Stupor, Inertia, Ignavia, Sordida, Væcordia, Segnities, Pigritia, Incuria, Negligentia, Nequitia, Fuga laboris, Negligentia, Indiligentia, Declinatio laboris, Otium, Vacatio, Cessatio, mollities, Lentitudo, frigus.

*Adjectiva*: Piger, Segnis, Languens, Languidus, Tardus, Debilitatus, Mollis, Enervatus, Remissus, Fractus, Delicatus, Lentus, Effeminatus, Frigidus, Tener, Incurius, Incuriosus, Iners, Somaticulosus, Refes, Defes, Negligens, Væcors, Socors.

## Deferit.

*Verba*: Desituo, Relinquo, Derelinquo, Absum, Desum, Recedo ab aliquo, Prætermitto, Tardo, Discedo, Facecco, Excludo, Contemno, Prætereo, Moror, Differo, Sperno, Despicatui habeo, Abjicio, Aspernor, Nihili facio, Minimi æstimo, Curare omitto, Procrastino, Abhorreo, Aversor, Refugio, Defugio, Recuso, Me alio verto, Rejicio, Avertor, Arceo, Removeo, Fugio, Recedo, Abnuo, Repudio, Nego, Nolo, Declino, Repello, Fastidio, Recuso.

*Substantiva*: Destitutio, Derelictio, Contemptio, Desipientia, Abusus, Derititia, Fastidium.

*Adjectiva*: Remotus, Disjunctus, Alienus, Abhorrens, Incurius, Morosus, Aversus, Alienatus, Inimicus, Durus, Asper, Inexorabilis, Inexpugnabilis, Incluens, Immitis, Adversus, Fastidiosus.

*Quid jam hac tanta sylva faciam?*

*Resp.* Jam hoc tui ingenii ac judicii est, ut è vocibus singulis constructionem justam ædifices, quod fiet, si 1. Nominibus verba idonea, quorum magnam copiam suppeditat Syntaxis, Verbis item apta Nomina attribueris. 2. Enallagas, Moderum, Temporum, Casuum, &c. admiscueris. 3. Ad majorem varietatem conciliandam figuris variis, dubitantis, alloquentis, interrogantis, indignantis, optantis, exclamantis, ridentis, lugentis, monentis, dolentis, timentis, irascentis, gaudentis, miserantis, jubentis &c. personam sumas. Quæ doctrina etsi jam figurarum Rhetoricarum peritiam aliquam deposcat, ingenioso tamen tyroni lucis aliquid item affundet. Vige Exemplum.

## Variationes Sententiæ supradictæ è præsentii Verborum sylva constructæ.

**U**t rebus ipse tuis operam dederis, ita à Deo juvaberis.

Munere suo rite fungentibus opitulatur cœlam.

Student superi summe studiosis.

Studium adhibenti dii administrantur. Dum ab actione non desistas, omnia pro te agent sapienti.

Fac ipse opus, & auxilia cœlestia ne despera.

Tibimet cura esto, & suffragabuntur boni dii.

Qui officio non defuerit, in cœlitum tutela degit.

Quamdiu partes tuas impleveris, subvenient laboranti cœlites.

Orna provinciam tuam pro viribus, & suppetias de cœlo expecta.

Mortalium contenti labores præ thure conciliant immortales.

Nullum negotium aut onus defugienti divi cœpta fortunabunt.

Summa sollicitudine res administranti suas aderunt opitulatores divi.

Hominum diligentiam adjuvatores dii suffulciunt.

Cogitationes omnes ad servandum conferenti superum favor præsto est.

Frustra de superis confidit, qui laboris molestiam devitat.

Si rerum tuarum omni contentione satagis, efficacitatem suppeditabit cœlum.

Nitere, quantum potes, onus levabunt cœlites.

Vigilias pro se agentium custodiam dii suscipiunt.

Sudore magis, quam victimis, cœlestia præsidia comparantur.

Lab-

Laborandi assiduitas cœli favores provocat.  
 Hominum sedulitatem ultro consequuntur de cœlo adminicula.  
 Ne ab luctatione absteris, lacertos firmabit Hercules.  
 A quo deorum victoriam peres, si certamen timidus defugas?  
 In omnem dimicationem paratos facilis Mars tutatur.  
 Strenue pugnam ineuntium Mars ipse commilitonem agit.  
 Laborandi perseverantiam læto successu coronant divi.  
 Fautores habeo Deos, si nihil industria ipse prætermisero.  
 In curriculo contende pro viribus, vires nervosque firmabit Deus.  
 Ne lassere in stadio, nec aliter bravium consequere.  
 Certum ad Deos perfugium habet, qui fibimet in discrimine consulit.  
 Constantia in cœptis Deum adiutorem habet.  
 Impigri navarchi solertia Neptunus ipse portum præparat.  
 Manu te ingenioque juva, tum scilicet Herculem voca.  
 Operoso precatori cœlestia adjumenta certa sunt.  
 Studioso homini summa est quidvis à Deo impetrandi fiducia.  
 Activo homini certum est in omni casu ad deorum altaria asylum.  
 Sui curiosus curæ est Jovi.  
 Accuratum officii custodem summa benevolentia complectuntur divi omnes.  
 Laborioso aratori Ceres ipsa alimenta præbet & pabula.  
 Negotiosorum hominum conatibus nunquam se Mercurius subtrahit.  
 Diligens esto, nec, quod à te fieri possit, prætermitte quidquam; tum altaria obi.  
 Pervigili lucubratori propitia adest Minerva.  
 Assiduis ipsi dii præsident.  
 Omnia cupiunt cœlites solerti rerum suarum curatori.  
 Sedulus rem tuam exequere, cætera Jovi permitte.  
 Surdientis & pugnacis hominis subsidiarii sunt cœlites.  
 Fovet cœlum homines industrios.  
 Sollicite pro elaborantibus in parato est divorum gratia.  
 Contende primum, tum ad cœlestes confugito.  
 Operam dato, venient in partem operis numina.  
 Nitere in tempestatem, litus admovebit Neptunus.  
 Eritentes in ardua, dii sustinent.  
 Curanti res suas, vires è cœlo venient.  
 Conantes divina auxilia suffulciunt.  
 Obniti malis & oblectari omni diligentia, validissimum est precum genus  
 Tute committere, ut fulcrum dii subjiciant.  
 In eorum vota facile est numen, qui res ipsi suas administrant sedulo.  
 Humo suis rebus student naviter Deorum studium est.  
 Tenta, audentibus aspirat secunda fortuna.  
 Tibi prospice, nihil non experire, fatent solertibus cœlestes.  
 Age, molire, quod tutum est, spondeo te superis in amoribus fore.  
 In opus incumbenti, benigne cœli provident.  
 Fortiter pugnanti numina volentia subvniunt.  
 Strue tæcna, tibi consule, securitatem dii præstabunt.  
 Machinare omni contentione, firmamentum de cœlo spera.  
 Pro aris, totis impigre dimicantes fere voti dānantur.  
 Temetpropugna, & auxiliarios fecisti Deos.  
 Legitime certantibus superi robur adagent.  
 Si perfunctorie res tuas tractes, cave, opulationem à cœlo expectes.  
 Res suas strenue gerere, confidentiam in superos parit.  
 Aggredere fidenter, ne tibi deesto, efficiendi vim haud denegabunt cœlites.  
 Configito, nec cede malis, nec de tuitione superum despera.  
 Omni vi decertantibus certa à cœlestibus subsidia affluunt.  
 Sudando, teque in partem omnem versando, cœli opem conciliabis.  
 Inquirendo vias omnes, qua ex eas; exitum è calamitate pandet aliquis deorum.  
 Impigre operantibus deos cooperari non piget.  
 Facientibus, quod oportet, facilitatem suppeditat Numen.  
 Vin' sublevari à Deo? ipse tibi Deus esto.  
 Negotiosi hominis tutor Deus est.  
 Si tui nulla sollicitudine tangeris, qua fronte deos sollicitas?  
 Laborem vitanti nullum & onus, fulcrumentum præbent dii.  
 Quamdiu pro te pervigilas in superum custodia agis.

Dormire tibi precanti Deos, ne mirere.  
*Luctare* alacriter, *sustinebit* te cœleste auxilium.  
*Obluctare* malis, & *somenta* divinitus reperies.  
 Qui in labore *perseverat*, tuto diis *fidit*.  
*Allabora*, nec *repulsam* metus.  
*Complicatis* manibus orare superos, ridiculum.  
 Impenetrabile cœlum est, *languidi* ac *vecordis* hominis precibus.  
 Simul ad rem, simul ad vota vertitur.  
 Aras omnes nequidquam obit officii *neglector*.  
 An æquum est, iis adeste Jovem, qui libimet *desunt*?  
 An superis partes, quas *negligis*, demandabis?  
 Quis labor odio est, his nemo propitia speret numina.  
 Otiosorum hominum fletu ac ploratu nihil moventur dii.  
 Precando nihil agit, qui nihil agit.  
 Dormienti quis Deus vigilabit?  
 Quis credat, hominem sui *incurium* curæ fore cœlitibus?  
 Incaffum ad templorum limina confugiunt qui laborem *desugiant*.  
 Ut precibus sit efficacitas, fac, quod potes.  
 Tende ad astra manus, sed callosas.  
 Ad preces *ignavorum* & ploratus, obsurdere cœlestes.  
 Pro *ignavia* adjutoribus haberi, vel minorem gentium deos dedecet.  
 Cupis, ut in tui *inertis* hominis pensum succedant superi?  
 Pigri hominis & calamitosi non homines miseret, nec deos.  
 Mitissimi dii ad inertium vota *duri* sunt, & *inexorabiles*.  
 Non sunt dii nisi pro hominibus, qui se homines, hoc est, ad laborem natos meminere.  
 Nerves ad opes, manus ad cœlum tolle.  
 Pauci fuere, quibus sopitis urbes in retia egisset fortuna.  
 Supplex idem & odiosus *repulsam* mendicat à diis.  
 Non destituere à superis nisi ipse te dereliqueris.  
 Frustra superum opem implorat cessator, si vel hecatomben voleat.  
 Non esset honestum immortalibus, hominum *desidium* opibus alere.  
 Merito rejicitur à diis rerum suarum actor negligens.  
 Nec otium probatur superis, nec otiosorum vota.  
 Erras, o piger, qui torporis tui advocatum speras Jovem.  
 Cum nullam quietis partem tibi concesseris, tum demum in superum auxilio acquiesce.  
 Ni tu vacaveris, haud dubie tibi vacabit Jupiter.  
 Ad somniculosi preces cœlestes indormiunt.  
 De homine sui obliito nihil meminere superi.  
 Nisi ipse manus admoves, thus incassum & victimas effundis.  
 Desidendo, superosque deprecando utrinque actum agis.  
 Male feriat hominis calamitatem nulla obestatione averruncabunt.  
 Ecqui bonos superos speret, qui sibi nequam est?  
 Languor orantis ac remissio superos immisericordes facit.  
 Si labori parcis, parce lachrymis voti-que.  
 Si otio hebescas & languore, nullo clamore deos excitabis.  
 Ne nubes quidem penetrant desidiosi hominis vota.  
 Somno se dedere, & in superos transferre negotium; prope impium est.  
 Negligentia obtorpescere, & Jovem invocare, non nisi stultorum est.  
 Si tute procrastinas, ne mirere tergiversari deos.  
 Ut tute eris ad laborem, ita superos in vota promptos habebis, aut lentiores.  
 Agito, quod tuum est, suis partibus non deerit cœlum.  
 Deorum auxilium ejurat, qui à labore se removet.  
 Injuria cœli duritiam inculcat mollis homo & operis fugitans, &c.

*Non sunt alii præterea Copia Fontes?*

*Resp.* Cum Poëta fueris ac Rhetor, augere licebit supplectilem è Tropis  
 fere omnibus, imprimis *Periphrasi* seu Circumlocutione ejusdem Sententiæ, à De-  
 finitione, Causis, Effectis &c. petita; *Metaphora* seu comparatione &c. Sugge-  
 rent hæc novæ denuo Propositiones, quibus si iterum suam Synonymiam, Imma-  
 nationem, Æquivalentiam subjeceris, in immensum crescet copia. Sit Senten-  
 tia: *Omnis fere Sententia multis modis variari potest; Ejus Æquivalentia: Nulla*  
*sententia verbis iisdem est alligata; Periphrasis: Latina lingua valde copiosa est;*  
*Æquiva.*

*Æquiv.* Minime egena est, *Metaphora*: Quævis Sententia aliis coloribus pingi potest; vel: aliò verborum habitu vestiri potest. Hujus variationis suppellectilem & variationem ipsam habeto.

## Paradigma aliud in Sententia:

*Quævis ferè sententia multis modis variari potest.*

**Præter Synonymiam, Enallagen, & Æquivalentiam, etiam per Periphrasin & Metaphoram variata.**

**Quære:** *Quævis*; *Syn.* Quilibet, omnis, quicumque, nullus non, universus, quis omnium non? *Q. Sententia*; *Syn.* Dictum, Oratio, Sermo, opinio. *Q. Multus*; *Syn.* Multiplex. *Q. Multiplex*; *Syn.* Varius, copiosus. *Q. Varius*; *Syn.* Dissimilis, dispar, diversus, distans, commutabilis, varietate distinctus, multiformis. *Q. Dissimilis*; Cum aliquo dissimilitudinem habens. *Q. Dispar*; Disparilis. *Q. Diversus*; Disjunctus, contrarius, totus fere alius. *Enall.* Diversitas. *Q. Commutabilis*; Mutabilis. *Q. Multiformis*; Varius, diversus. *Q. Modus*; Ratio. *Q. Variari*; *Syn.* Distinguo, varietatem facio, muto. *Enall.* Varietas; *Syn.* Dissimilitudo, disparitas, mutatio, mobilitas. *Q. Distinguo*. *Enall.* Distinctio; *Syn.* Discrimen. *Q. Muto*; *Syn.* Immuto, permuto, commuto, verto, inverto. *Enall.* Mutatio; *Syn.* Permutatio, conversio. Item mutabilis, mutabilitas. *Q. Commuto*. *Enall.* Commutatio, commutabilitas. *Q. Verto*; *Syn.* Flecto. *Q. Invertio*. *Enall.* Inversio. *Q. Flecto*; *Syn.* Inflecto, torqueo, contorqueo, detorqueo, verso. *Enall.* Flexibilis, flexio; *Syn.* Anfractus, conversio, flexus. *Q. Flexuosus*. *Syn.* Tortuosus. *Q. Torqueo*; Contorqueo. *Enall.* Contortio, contortus, contortè, tortus. *Q. Tracto*; *Syn.* Explico. *Enall.* Tractabilis, tractatio; *Syn.* Explicatio. *Q. Explico*; *Syn.* Expono, differo, dico, verbis rem amplector, in medio pono. *Enall.* Explicatio; explicatus, us. *Q. Expono*; Expribo, ediffero. *Enall.* Expositio. *Q. Differo*; Disputo. *Q. Exprimo*; Oratione complector effingo. *Q. Profero*; Promo. *Q. Disputo*. *Enall.* Disputatio.

*Verba*: Distinguo, Muto, Immuto, Commuto, Permuto, Verto, Invertio, Flecto; Inflecto, Torqueo, Contorqueo, Detorqueo, Verso, Tracto, Explico, Expono, Dico, Differo, Exprime, Profero, Effero, Promo, Disputo, Oratione complector, Effingo.

*Substantiva*: Varietas, Distinctio, Disparitas, Mutatio, Mobilitas, Discrimen, Commutatio, Conversio, Mutabilitas, Flexio, Flexus, Anfractus, Contortio, Tractatio, Explicatio, Disputatio.

*Adjectiva*: Varius, Mobilis, Distinctus, Mutabilis, Commutabilis, Contertus, Flexibilis, Flexuosus, Tortuosus, Tractabilis.

## Æquivalentia:

*Nulla sententia iisdem verbis est alligata.*

**Quære** *Alligo*; Obstringo, Ligo, Devincio, Constringo. *Q. Obstringo*; Obligo. *Q. Ligo*; Vincio, Colligo, Constringo. *Q. Devincio*. Vincio. *Q. Constringo*; Arcto, Concludo. *Q. Obligo*. *Enall.* Obligatio; *Syn.* Autoramentum, Servitus, Vinculum. *Q. Arcto*; *Enall.* Arctus. *Q. Concludo*; Cogo, Claudio. *Q. Servitus*; Servitium, Famulus. *Enall.* Servus, Servio; *Syn.* Deservio, Servitum servio.

*Verba*: Alligo, Obstringo, Ligo, Devincio, Vincio, Arcto, Concludo, Includo, Obligo, Cogo, Claudio, Servio, Servitum servio.

*Substantiva*: Obligatio, Autoramentum, Servitus, Servitium, Famulus, Vinculum, Servus, Claustrum.

*Adjectiva*: Arctus, Inclusus.

## Circumscriptio, seu Periphrasis.

*Latina lingua valde copiosa est.*

**Quære** *Latinus*; Romanus; *Enall.* Roma, Latium. *Q. Lingua*, Idioma, Sermo. *Q. Valde*; Admodum, Mirum, vel majorem in modum, Egregie. Non mediocriter, Perquam; Sanè quam, Impense, Inprimis. *Q. Copiosa*; Abundans, Uber,

**Uber, Dives; Enall. Copiose, Copia; Syn. Abundantia, Ubertas, Facultas. Q. Abundans; Affluens, Circumfluens; Enall. Abundo. Q. Uber, Fœcundus, Fertilis, Ferax; Enall. Ubertas, Uberrime. Q. Dives; Locuples, Opulentus. Enall. Ditesco, Divitiæ. Q. Affluens; Retertus, plenus; Enall. Affluo, Affluentia. Item Circumfluens, Circumfluo. Q. Abundo; Redundo, Sum Dices; Enall. Abundè. Q. Fœcundus. Enall. Fœcunditas. Q. Fertilis; Opimus; Enall. Fertilitas. Q. Locuples, Enall. Locupletus; Syn. Dito, Divitiis augeo. Q. Opulentus; Enall. Opes, Opulentia. Q. Divitiæ; Abundantia &c. R. Redundo; Supero, Superfluo; Enall. Redundantia; Syn. Profluentia.**

**Verba:** Abundo, Ditesco, Dito, Circumfluo, Redundo, Locupletus, Augeo, Supero, Superfluo.

**Substantiva:** Copia, Abundantia, Ubertas, Divitiæ, Affluentia, Fœcunditas, Fertilitas, Opulentia, Redundantia, Profluentia,

**Adjectiva:** Copiosus, Abundans, Uber, Dives, Affluens, Circumfluens, Fœcundus, Fertilis, Ferax, Locuples, Opulentus, Redundans,

### Circumscriptiois Æquivalentia;

*Latina lingua minime omnium est egens,*

**Quære: Egens; Indigens, Cui quæsito opus est; Enall. Egeo; Syn. Mihi opus est, Indigeo; Item Egestas; Syn. Inopia, Indigentia, Mendicitas, Domestica difficultas, Paupertas. Q. Indigeo; Q. Inopia; Q. Mendicitas; Enall. Mendicus; Syn. Pauper. Q. Paupertas; tenuitas, Angustia rei, Enall. Pauper; Syn. Inops, Egenus, Tenuis, Parvis opibus ac facultatibus, Inanis. Q. Exiliter, Jejune; Enall. Exilitas; Syn. Jejunitas, Q. Exilitas; Q. Jejunitas; Enall. Jejunus; Syn. Aridus. Q. Aridus; Enall. Ariditas.**

**Verba:** Egeo, Indigeo, Quæsito opus est, Necessarium est, Destituor, Deficio.

**Substantiva:** Inopia, Indigentia, Egestas, Paupertas, Tenuitas, Mendicus, Exilitas, Exiguitas Angustia rei, Difficultas, Mendicitas, Jejunitas, Ariditas.

**Adjectiva:** Pauper, Tenuis, Exilis, Angustus, Arctus, Inops, Egenus, Inanis Parvis opibus, Exiguus, Jejunus, Aridus,

### Metaphora:

*Quævis sententia aliis verborum coloribus pingi potest,*

**Quære: Color; Pigmentum, Fucus, Species; Enall. Coloro; Syn. Colorem induco. Q. Pingo; Pictura expremo, Expingo; Enall. Pictura, Pictor, Pictus, Pigmentum; Syn. Fucus, Ornatus. Q. Ornatus; Lux verborum, Flos orationis: Enall. Ornamentum; Syn. Honor, Dignitas, Insigne lumen; Enall. Orno; Syn. Exorno, Illustro, Illumino, Decoro, ornamentum assero, ornamenta congero, Collocapleto, Instruo. It. Ornatus. Syn. Politus, Luculentus, Excultus, Comptus, Expolitus, Nitens, Elaboratus, Q. Illustro, Collustro, Enall. Illustris; Illustratio, Q. Decoro; Cohonesto; Enall. Decus; Syn. Honestamentum, &c.**

**Verba:** Pingo, Expingo, Pictura expremo, Coloro, Figuro, Colorem induco, Orno, Exorno, Illustro, Illumino, Ornatum assero, Ornamenta congero, Decoro, Collocapleto, Instruo, Collustro, Expolio, Cohonesto.

**Substantiva:** Pictura, Pictor, Pigmentum, Fucus, Ornatus, Lux verborum, Flos orationis, Honor, Dignitas, Lumen, Insigne, Ornamentum, Decus,

**Adjectiva:** Pictus, Coloratus, Politus, Luculentus, Excultus, Comptus, Expolitus, Nitens, Elaboratus, Illustris.

### Metaphora alia;

*Quævis sententia alio & alio Verborum habitu verti potest,*

**Quære: Habitus; Forma, Figura. Q. Forma; Notio, Character; Enall. Forma; Syn. Figura, Fingo, Effingo. Item Formosus; Enall. Formositas; Syn. Pulchritudo. Item Formula. Q. Figura; Enall. Figuratus, Effiguro. Q. Figuro; Informo. Adorno, Adumbro; Enall. Pigmentum. Q. Informo; Conformo; Enall. Conformatio; Syn. Informatio, Q. Vestio; Enall. Vestitus, Vestimentum, &c.**

**Verba:** Formo, Figuro, Fingo, Effingo, Effiguro, Informo, Adorno, Adumbro, Conformo,

Sub-

*Substantiva:* Habitus, Forma, Figura, Notio, Character, Formula, Formositas, Pulchritudo, Fignmentum, Conformatio, Informatio.

### Synonymia & Enallage:

*Quævis fere sententia multis modis variari potest.*

Sententiam quamvis *multimodis* facile variaveris.

*Varietatem* maximam sententiæ prope omnes admittunt.

Multo discrimine orationem quamcunque *distingere* est.

Sententiam omnem multiplici verborum *contorsione*, si artem tenes, tractabis.

Innumeris modis dictam idem *converti* potest.

Mira est in varias loquendi formulas sententiæ cujusvis *mobilitas*.

Incredibilem verborum *mutationem* invariata eadem sententia recipit.

Diversissimos in modulos dictionem unam periti *versare* norunt.

Dictam idem variare potest, toties, ut *commutatum* à se atque aliud videri possit.

Infinitas verborum *permutationes* eadem oratio subire potest.

Superi! in quot modulos à bonis Latinis *disiuncta* una *statitur*.

Sententiæ singulæ in plurimas formas *faciles* sunt, & *flexibiles*.

Plurimis *flexionibus* sententiam quamvis *permutaveris*.

Infinities dictum idem docti homines vertunt.

In quot flexus sententia una à docto homine *torquetur*!

Constaret utinam juvenibus, quantum ars valeat, sermonem quamvis aliter atque aliter verbis *effingendum*.

Nihil hominis oratione *commutabilis*, ita multipliciter & varie *contorqueri* se finit.

In maxima verborum dissimilitudine nihil tamen de sententia *immutatur*,

Quæ omnium oratio est, quam in diversos loquendi modos detorquere non liceat?

Artis hoc beneficium est, rem eandem *diversissimis* formulis complecti.

Novis identidem verbis eadem eruditi *disputare* solent.

Idem sermo aliter atque aliter *explicari* potest.

Rem sæpe eandem dicimus, verbis inter se plurimum dissidentibus.

Imperitus es sane, nisi magnâ verborum *varietate* in eodem argumento diu commerrari possis.

Si una de re differes pluribus; cave eadem verborum crumbe utaris.

Estne aliqua cogitatio, quæ unâ solum formula *exprimi* se patiatur?

Minima sententia multimodis *tractabilis* est.

Expediunt nihil, quam animi sensu quælibet aliter atque aliter *efferre*.

Inops nimium est, qui nisi uno verborum sono rem unam *explicari* non posse existimat,

Eandem sententiam in maxima verborum discrepantia nullo negotio retinueris.

Longiori de eodem argumento *disputatio* multiplicit verborum inquisitione *tractanda* est.

Erit eadem oratio, etsi multa verborum diversitate contorta, &c.

### Æquivalentia:

*Nulla sententia iisdem verbis est alligata.*

Libera est oratio, nec certis ullis verborum limitibus *inclusa*.

Oratio nulla est, quæ artis paucolorum verborum vinculis *ligetur*.

Non sic in angustum cogitur Romana lingua, ut una oratio una verborum formula *circumscribatur*.

Sententia nulla iisdem verbis *constringitur*.

Probrosa foret servitus, si oratio ad certa duntaxat verba *arctari* se pateretur.

Certis verborum carceribus nemo latinus *devinciri* se finit.

Amplior Romana lingua est, quam ut sententia ulla uni alicui verborum modulo *obstringatur*.

Nulla sententia angustis verborum terminis *definitur*.

Definito verborum dimenso oratio nulla *obligatur*, &c.

### Periphrasis cum sua Synonymia & Enallage:

*Latina Lingua valde est copiosa.*

Ha, si potes, linguam, cui *copia* major suppetat.

Ne Græca quidem Romanâ *abundantior* est.

Insigni *ubertate* Latinum idioma gloriatur.

Ut ærari quondam opibus, sic linguæ copia Romani hodieum gentes omnes superant.

Quam mihi gentem dabis, quæ perinde copiose loquatur?

Qua in lingua tantam verborum fertilitatem offendas?

Non abundat verbis solum Latium, sed propemodum redundat.

Putem agrum feraciorem nullum, quam hunc antiqui Latii.

Nescio, Cæsaribus argenti, an Tullio orationis divitiæ fuerint majores.

Venâ uberrimâ Latinus sermo fuit.

Græcæ opulentiam æquat, vel antecellit Latina.

Quam fecundus sit Romanus sermo, experiundo discas.

Tam locuples est eruditorum hoc idioma, ut augeri nec possit, nec debeat.

Inexhausta quadam verborum abundantia Latium circumfluit.

Si ditiores proferre noveris, per me quidem Latinam aspernaberis.

Pasillum exercitate Latino verba etiam superant.

Latissima quadam profusentia verborum Romani sermonis pretio, quovis in argumenta deesse requit.

De verborum sterilitate non nisi ignavus & in Latio hœpes queri potest.

Linguis quantumcunque fertilissimis fertilior Latina est.

Qui studium adhibere, superfluere etiam sibi verba sensere, &c.

### Æquivalentia, Periphrasis:

*Latina lingua minimè omnium est egena.*

Parvia nimium opibus est, qui lingua tam divite tenuiter jejuneque scribit.

Copia citius, quam inopiâ Latini laborant.

Inferitiam suam, quam linguæ egestatem melius incusarent juvenes.

In Romanâ palæstra probe versatus verborum inops esse non potest.

Si per ætatem nondum rerum doctus esse potes, ac ne verborum saltem difficultate labores laborandum est.

Angusta penû est, qui in Latio verborum paupertate conficitur.

Sponte se offerunt verba quasi vix opus est.

Ad Romanam linguam pleræque exiles ferè sunt & mendicæ.

Miseret me juvenum, cum verbis se defici scribentes lamentantur.

Nec jejuna profecto est, nec arida Romana lingua.

Ante Tyberis aquis, quam verborum flumine Latium laborabit.

Latinum scriptorem, si rem tenet, verba desituere non possunt.

Nemo sanus Latinæ linguæ exilitatem unquam objecerit.

Quem nec ingenium, ac industria destituerit, verba destituent nunquam.

### Metaphora:

*Quævis sententia variis verborum coloribus pingi potest.*

Novis semper verborum ornamentis dictum idem illuminandum est.

Eidem orationi alii alique colores induci queunt.

Cum eandem orationem nova semper verborum luce illustrare dixeris, disertus eris.

Alia, interque se diversa ornamenta in idem dictum congerimus experti.

Fidem superat, quam multiplici variòque flore verborum exornari idem sermo queat.

Tentando discas, quam sine negatio idem dictum multiplici verborum ornatu cohesceat.

Illustrior semper ac nitidior eadem sententia reddi potest.

E nova verborum dignitate luculentior usque existet oratio.

Qui artem callent, potitiorem usque comptioremque orationem elaborant.

Idem sermo aliis atque aliis pigmentis adornatus se ipsa videbitur pulchrior.

Unam sententiam novo expolitam decore splendidiorem se ipsa ac propè novam reddideris.

Aliter aliterque pingi siquique sermo idem potest.

Aliis aliisque verborum insignibus eandem sententiam decorare, eloquentium est.

### Paradigma III.

#### In themate admodum sterili:

*Hæc charta est valde alba.*

Periphrasis ab Effectis: 1. Suo candore oculos delectat. 2. Ad scribendum invit.



*Metaphora*: Cujus non oculos hæ nives perfiringant?

*Comparatio*: Vernis floribus candidior est; Cygnorum candorem superat.

*Aquipollentia*: Hæc charta minime est atra.

### Synonymia cum Enallage:

*Charta hæc est valde alba.*

Nihil hac chartâ candidius.

Quantâ non elegantia albescit!

Quid hujus venustate chartæ jucundius?

Color, qui potest esse sincerissimus, inest in hac membrana.

In papyro venustiore nondum calammum duxi,

Nihil vidi purius hac chartâ, nihil nitidius.

Æquè venusta membranula nondum sub oculos venit mea.

Quid est candidum, nisi hæc charta est?

Quis integellam hanc & nitidiam lini filiam non exosculetur!

Utinam is, qui in chartâ resplendet, candor in hominum moribus enitesceret!

Mundioræ hac papyro frustra requiras.

Tam bellæ tabulæ Venus ipsa suum nomen inscribat.

Nitidioræ hæc diphthera vereor ut in venias.

Quid hæc macrocollo castius, concinnum magis & politum?

Superi, quæ venustate effert hæc chartâ!

Quis in tam candidula tabula non lubens scribat?

Macrocollum hoc mira puritate nitescit.

Incorrupto hoc candore nihil castigatius.

Mirus in hac papyro candor renitet.

Incorrupti integerrimique hominis similem hanc chartam dicas.

### Periphrasis cum Enallage & Synonymia:

*Papa, ut oculos delectat hujus nitor membrana!*

Intuentes mirum in modum recreat hæc chartæ puritas,

Non usum modò, sed delectationem etiam scriptori præbet.

Aspectum sanè quam exhilarat talis candor.

Lumina intuentium multa voluptate perfundit rara hæc membrana mundities.

Tenetur suspensi contentium oculi à tanta luce.

Nulla videndi satietas obrepserit hanc munditiem contemplanti.

Tenetur jucundè hoc candore oculus.

Non manus solum jucundè in hæc æquæ excurrit: sed oculos simul hac tanta coloris jucunditate pascitur.

Affigi sententias oculos ad papyri hujus candorem, cum semel inspexeris.

Diutius inspicere, amplius placebit hæc charta.

### Periphrasis secunda:

*Hic papyri candor ad scribendum invitat.*

Quis non hic litteras imprimere gestiat?

Tabellarii manum provocat hæc macrocolli gratia.

Non in alia charta nigellæ Cadmi filia pulchrius exsplendeant.

Subest in hac chartæ venustate quædam ad scribendum provocatio.

Vel pigrum scriptorem hic tabulæ decor trahat.

Velut blanditiis quasdam admovet hic chartæ color, quis talem membranam litteris inarare nolit?

Sola hæc chartæ forma ad scriptionem excitari me sentio.

Scribendi quidem tedium in hac charta oberiri non potest.

Est sua quoque chartæ forma, qua utile lenocinium faciat.

Aucupari scriptoris manum dicas, tantum illicii habet.

Nitidissimæ membranulæ gratia propemodum in amoribus mihi est.

Nemo in æquæ tam bello scribere detrectat.

Manum oculosque scriptoris allicit hæc venustas.

(D) 3

Me-

## Metaphora cum sua Synonymia &amp; Enallage:

*Plane nivea est hæc membrana.*

Supra puras nives, nullò tum pede calcatas manù te incendere credes.  
Nivalem candorem imitatur hæc charta.  
Si quid nivibus album est magis, hæc membrana est.  
Virginali sanè candore gloriatur hæc papyrus, adeò intemerata est.  
Ipsum ebur ad hunc candorem livescit.  
Papyrus hanc non è lino, sed recentium nivium floccis concretam dixeris.  
Ninxit puto in hanc chartam, tam alba est.

## Comparatio cum sua Synonymia &amp; Enallage:

*Verni arborum flores huic candori decedunt.*

Incredibili nitore hæc charta efflorescit.  
Ne ver quidem charta hac floridius ridet.  
Plane floret & vernat hæc papyrus.  
Lux quædam candoris oculos ex hac membrana everberat.  
In papyro florentiore nondum scripsi.  
Ipse primus arborum honos minus candescit.  
Ad cygnorum colorem charta hæc accedit.  
Cygneam quandam venustatem hic videas.  
Charta utor grypsatissima.  
Concretum lac te conscribere existimes.  
Plusquam lacteus candor hanc papyrus commendat.  
Aut lactea est hæc charta, aut lac ipsum livescit.

## Æquipollentia cum Synonymia &amp; Enallage:

*Nihil in hac charta nigroris est.*

Ab omni labe remotissima est hæc charta.  
Parte sui nulla squaler aut immundior est.  
Quid in pulchello hoc æquore lividium aut squalidum?  
Nihil hic invenustum aut luridum.  
Coloris nobilitas minimè plebejam hanc chartam probat.  
Ne umbra quidem maculæ ullius notatur charta hæc.  
Æthiops fiam, si nævum hic ullum detegas.  
Labeculam ullam si hic reperies, magnò talentò redemerò.  
Nihil in hac papyro noctis, nihil fuliginis.  
Quis tam malignus, qui hujus innocentiam membrana carbone notet.  
Ne fortuita quidem labecula huic irrepfit.  
Oculatus sit, oportet, qui fordoris aliquid hic detegat.  
Quæ lynx vel suspicionem aliquam nævi hic inveniat?  
Nihil uspiam maculatum aut fœdum.  
Cave puer, tantum candoreta per incuriam uspiam commacules.  
Nihil hic quod inquinat, aut oculos offendat, &c. &c.

Habes itidem Paradigma aliud; *Hæc charta valde est alba*; idque eà causâ, ut animadvertas, vel in sterilissimo themate, quâ dixi, arte ubertatem verborum maximam congeri posse.

Exemplum aliud Erasmus habet: *Semper, dum vivam, tui meminero*; quam ille sententiam non admodum fecundam, neque ad varietatem idoneam ait, cum re vera (pace ejusdem dictum sit) circumlocutionum sit perquam fertilis, & in omnibus linguis nulla; ferè res copiosius efferatur, ac illud *vivere, mori*; voluntatis item ac intellectus voces cæteris sint affluentiores, quous inter est *Memini, Memoria*, v. g.

*Semper, dum vivam, tui meminero.*

Nunquam, dum vivam tui non meminero.  
Nunquam, quoad victurus sum, tui me capies oblivio.  
Haud unquam, dum vixero, tu animo excideris meo.  
Nunquam, donec vivam, mihi venies in oblivionem.  
Nunquam, quoad in vivis ero, tui nobis veniet oblivio.

Non

Non prius tui meminisse desinam, quam vivere.  
 Non me ante tui memoria, quam vita ipsa reliquerit.  
 Usque dum spirabo, tui memor ero,  
 Donec hac luce fruor, tu animo hærebis meo.  
 E vivorum contubernio citius emigraverim, quam tui memoria nostro è pectore de-  
 migrarit.  
 Ipse prius è vivis exceffero, quam Morus è nostra excefferit memoria.  
 Lux hæc me prius deficiet, quam tui immemor esse cœpero.  
 Vita me non serius destituet, quam tam chari cœptis recordatio.  
 Idem dies mihi tui memoriæ eripiet, qui vitam.  
 Eadem lux oblivionem tui nobis est adductura; quas mortem.  
 Idem nostræ tui memoriæ, qui vitæ finis erit.  
 Dum memor ipse fuero, tui meminisse nentiquam pigebit.  
 Non alius nostræ memoriæ tui, quam lucis erit interitus.  
 Is solus dies tui memoriæ extinxerit, qui vitam.  
 Ante mei ipsius, quam tui oblivisci incipiam.  
 Nostro à pectore non prius elabatur Mori memoria, quam hæc anima.  
 Præter unam mortem nullus omnino te mihi casus, expectabit.  
 Egone tam jucundi convictoris unquam vivus queam oblivisci?  
 Tum demum Mori sui oblivisci poterit Erasmus, cum ipse sui desinet memor esse.  
 Dum mihi sensus ullus mei reliquus erit, tu semper animo nostro observaberis.  
 Cordi meo charior es, quam ut vivo quidem in oblivionem venire possis.  
 Intimè nostris in præcordiis repositus est Morus; sic ut præter unam mortem nulla  
 es illam illinc queat eruere.  
 Orco tradar ipse prius, quam te mandem oblivioni.  
 Dum spiritus his oculis, his manibus imperabit, tu pecteri infidebis meo.  
 Dum spiritus hos reget artus, tui meminero.  
 Quamdiu supererit in nobis halitus, non quivero tui non meminisse,  
 Dum in vivis agam, vivet in me tui memoria.  
 Is mihi dies finis vitæ erit, qui tui oblivionis erit initium.  
 Idem casus hanc animam, teque è meo revellet animo.  
 Donec superstitem sinent esse superi, tui perpetuo recordabor.  
 Dum quidquam vitalis caloris in hoc pectore palpitabit, tui memoria non evanescet.  
 Non mihi diuturnior vita futura est quam tuorum in me meritum memoria.  
 Non mihi brevior fuerit tui memoria, quam ipsa vita.  
 Non minus durabilis erit tui capitis recordatio, quam hæc ipsa vita.  
 Me mihi eripiet is dies, qui tui memoriæ adimet.  
 Ipse mihi subducatur, priusquam te in memoriæ habere desitero.  
 Haud longior erit mihi lucis hujus functio, quam tua benignitatis memoria.  
 Non mihi posterius suppetet vivere, quam tui meminisse.  
 Extra me fuero citius, quam Morus intra hoc pectus desinet.  
 Vita hæc tuique memoria pari stadiò ad metam decurrent,  
 Prorsus non erit Erasmus, cum Mori immemor erit,  
 Non extrahit hoc caput ubi tam singularis amici quivero oblivisci.  
 Donec super terram acturus sum, non committam, ut obsolescat apud me tua comita-  
 tis memoria,  
 Donec communem hunc aërem hauriam, tu crebro animo occurrabis meo.  
 Nunquam serius futurum est Erasmo vitam, quam tui memoriæ obtinere.  
 Non ante de te cogitandi finem fecero, quam Atropos fatale filum secuerit.  
 Si qua dies unquam tui paritura est obliviscentiam, ea certè nunquam antecesserit  
 ei, qui me luce orbat ipse.  
 Sol hic qui videt omnia nunquam me videbit non memorem tui.  
 Mors una tui recordationem his è præcordiis emovebit.  
 Donec ulla vitæ portio his in artibus residebit, Morus ab Erasmi cogitatione nun-  
 quam aberit.  
 Quamdiu sanguinis ulla pars hoc in corpusculo calebit, nunquam apud me refrigerit  
 Mori memoria.  
 Mihi quidem dum vita aderit, tu à mente mea nunquam es abfuturus.  
 Quousque manebit hujus animæ corpusculique copula, tu à mea memoria nullò tem-  
 pore sejungeris.  
 Prius animus corpori, quam tu animo meo præsens esse desines.  
 Spiritus ipse citius ex hujus corpusculi domicilio demigrabit, quam animo impressa  
 mee imago tui deleatur.

*Æque diuturna fuerit apud me tui memoria ac vitæ cursus.*

*Eadem erit & vivendi, & de te cogitandi meta.*

*Non ætioribus pomœriis tui recordatio claudetur quam ipsa vita.*

*Quoad ulla vena mihi vitali tempore saliet; dulce fuerit, tui meminisse.*

*Quantum mea Lachesis fatale flamen extenderit, tantundem extendetur & mea tui memoria.*

*Eadem mihi & vivendi, & de te cogitandi meta fuerit.*

*Quoad corporis molem status vivificus sustinebit, animum maximè tui memorem geram.*

*Dum lucis usum cælitum indulgentia concedet, te semper animo feram.*

*Dum vitam permittent superi, non commitemus, ut tam fidi unquam congerronis nobis obrepat oblivio.*

*Donec me non deficiet anima, animum hunc & memorem & gratum nunquam posuero.*

*Quoadusque sole volubili frui fas erit, hunc hominem habebis tui memorem.*

*Vivum non videbit Erasmum, qui videbit oblitum tui.*

*Quanto tempore vita mihi duratura est, mens quidem hæc manebit tui recordantissima.*

*Quamdiu superò Jove contingeret frui, non mihi contigerit oblivisci tui.*

*Donec vita perseverabit, tu cordis obtutibus semper es observaturus.*

*Nominis ante mei, quam tam rari amici ventura est obliviscentia.*

*Ipse mihi prius excidero, quam tui vultus imago.*

*Viventi quidem Erasmo haud unquam excidit Morus.*

*Nulla diuturnitas ævi tui apud me memoriam obliterabit.*

*Non nisi tecum tui extinguetur memoria.*

*Ante fatalem diem è nostra memoria non eliminaberis.*

*Ante obitum non desistam tui meminisse.*

*Ante suprema funera non cessabo, tui memor esse.*

*Non ante exacta vitæ flamina, tui queam oblivisci.*

*Vivo quidem Erasmo, Morica memoria haud unquam effluet.*

*Tui apud me memoriam nulla unquam ætas antiquabit.*

*Ante summum diem non abrogabitur in me memoria tui.*

*Nulla neque locorum, neque temporum injuria efficiet, quò minus tui quàm maximè meminerim in vita.*

*Per omnem vitam tui meminero.*

*Hæc vita, quàm longa contingeret, cum tui memoria semper erit conjuncta.*

*Ad ipsum usque regum me tui memoria prosequetur.*

*Mei sensu carebo, priusquam conjunctissimi hominis caritus sum recordatione.*

*A meis ipse membris distrahatur, antequam tu ab animo meo divellere.*

*Mors mihi citius acciderit, quàm oblivio tam dilecti capitis.*

*Certum est, mortem oppetere potius, quam tui memoriam non jugiter obtinere.*

*Non nisi me sepultò tui recordatio sepeliatur in me.*

*Tui quidem aut tecum aut nunquam est interitura memoria.*

*Donec expirem ipse, spirabit in me Mori mei memoria.*

*Donec apud superos agitabimur, nunquam mihi incesset tuæ benignitatis oblivio.*

*Ante obitum meum nunquam animo meo tui incurreret oblivio; sic enim loquitur Seneca.*

*Nihil tam arduum hæc vita mihi gignere queat, ut tui memoriam ex his præcordiis possit extendere.*

*Nulla res tam atrox mihi possit in hac exoriri vita, quæ tui conciliet oblivionem,*

*Vivo nil potest existere, quod mihi tuæ erga me humanitatis conflet obliviscentiam.*

*Sic in me radices egit memoria tui, ut nullis omnino casibus, qui quidem vivis solent accidere, sit unquam cessura.*

*His nimirum monumentis animo meo consecratus es, ut ea nullum ævi spatium valeat demoliri, nisi mors, cui nihil rerum mortalium non cedit.*

*Nisi ipse mortalis essem, non dubitarem, hanc de te memoriam immortalem fore, polliceri.*

*Si immortalis esset Erasmus, immortalis itidem foret tui apud illum memoria.*

*Ejusmodi statam in mei animi penetralibus tua merita erexerunt, ut ea quoad tellus sustinebit, nullò casu sit dirucenda.*

*His titulis Morus inscriptus est cordi meo, ut eos nulla temperis injuria possit unquam exedere.*

*Non nisi una cum ætate recordatio tui in me consenesceat.*

*Ipse mihi prius excutiar, quam Mori nomen ex adytis cordis exigatur.*

*Id unum tibi & confirmo & præstabo, donec in mortalium numero futurus sum, tu è scrinis memoriæ nostræ nunquam dismovebere.*

Ut omnia tempus possit, certe hoc unum non licebit illi unquam, ut vivo mihi tui pariat oblivionem.

Semper hic animus tui cum primis meminerit, neque id me dies, quamvis longa, dedocebit.

Donec me tellus alet, unum illud nunquam quibo dediscere, videlicet tam chari sedalis meminisse.

Donec futurus sum ἐπιχθόνιῳ, ut Homérico dicam verbo, Mori memoriam continenter obtinebo.

Quoad mihi contingeret inter σῆτον ἔδοντας, ut Homerice loquar, annumerari, nunquam hoc de pectore vultus Mori labetur.

Ὅφρ' ἂν ἐγώ γε ζῶσι μετέω καὶ μοὶ φίλα, quemadmodum inquit Homerus, tu mihi nunquam es obliviscendus.

Tui memoriam perpetuo pariter cum ipso vitæ progressu producam.

Superstiti Erasmo sublimitatis tuæ memoriam nullus unquam dies expunxerit.

Corpore quidem abs te distrahi potero, verum animo te semper intuebor, quoad vitam numina largientur.

Donec aura vitalis hos artus moderabitur, tu à nostris cogitationibus nullo momento es abfuturus.

Usque adeo penitus his præcordiis tui impressa est memoria, ut nullo unquam pacto videatur eradenda.

Ut omnia tempore marcescant, tui certe memoria ad occasum usque vitæ apud me vigebit.

Arctius Morum meum animo complexus sum, quam ut vive possit elabi.

Eadem me lux exanimem videbit, quæ tui conspiciet immemorem.

Adeo vivam quandam imaginem tui pectori insculpsisti meo, ut vix etiam mors ipsa sit abolitura.

Non erit Erasmus tui memoria vivacior.

Tam vivax tui erit apud me memoria, ut sim ipse non futurus vivacior.

Nunquam intercidat apud me Morica memoria, donec ipse non intercidero.

Semper hunc hominem experieris tui recordantem, donec vitæ particeps erit.

Expers hujus vitæ fuero prius, quam a tui memoria alienus.

Adeo vivax est in me tui memoria, ut ipse non sim illi futurus superstes.

Altius meæ memoriæ infedisti, quam ulla te res inde queat emoliri.

Tenacius inhæres cordi meo, quam ut præter mortis casum quicquam aliud inde te queat ejicere.

Penitus hoc in pectore conditus es, quam ut hinc ulla ratione sis excludendus, donec mihi vitam fata non invidébunt.

Interius insitus es animo nostro, quam ut inde incolumi quidem queas extirpari.

Fixius impressum est cordi meo simulacrum tui, quam ut superstiti possit unquam detrahi.

Sic effigies tui cogitationi meæ penitus impressa est, ut eam nulla sit ætas abrogatura.

Dum vita suppedabit, nihil extiterit, quod fixam animo meo Mori statuam valeat labefactare.

Fieri nunquam poterit, ut vel vivam parum tui memor.

Donec apud superos commorabor, ne tota quidem Lethes aqua tui memoriam poterit abolere.

Donec aura vescar æthereæ, tui subinde reminiscar.

Vitam modo Deus impertiat, ego tibi mentem perpetuò tui memorem polliceor.

Siquis mihi vita sancto sensus erit, tam dulcis amiculi recordabor, tantum abest, ut vivas sim obliturus.

Omnia mihi citius acciderint in vita, quam oblivio tui.

Tum prorsus versus current amnes, ut Græcis est in proverbio, cum Erasmus Mori sui poterit non meminisse.

Non alius ne visurus est oblitum tui, quam qui visurus est, arduis pronos elabi rives montibus, & Tyberim reverti, ut ait Flaccus.

Ante leves alto pascuntur in æthere cervi quam vivum Erasmus Mori capiat oblivio. His coloribus in tabula pectoris mei depicta est imago tui, ut eam nulla annorum series possit eluere.

Supremus vita dies me tui memorem deprehender.

Solpite vitæ ne me fugiet memoria tui.

Salva vita hac non demorietur apud me memoria tui.

Quoad hæc mihi vita comes erit, comitabitur & tui recordatio.

Hæc me vita tui memorem relinquet.

Non

Non avolabit à nobis tui memoria nisi, avolante vita.

Ad supremum usque vivendi limitem tui nobis memoria perseverabit.

In obtinenda tui memoria non tuero mihi dissimilis, nisi vivus esse desiero.

Donec hoc vitæ munus divina benignitas mihi salvum esse velit, non inter-  
morietur apud me tuæ benignitatis memoria.

Vita defungar prius, quam tui recolere cessabo memoriam.

Diem obiero citius, quam te ventis & auræ mandem.

Clavis adamantinis nostræ memoriæ infixus est Morus, quos non nisi una mors va-  
leat abrumperere.

Ad ipsos usque cineres pergam tui meminisse.

Ad extremam usque lunctam tui me comitatura est memoria.

Per universum vitæ spatium Mori meminere Erasmus.

Ad extremum usque rogam, tuorum erga me beneficiorum memoria proroga-  
bitur.

Fatalis ille dies denique me tui memorem est reperturus.

Dabo operam, ut tuæ humanitatis recordatio ad Libitinam usque proferatur.

Nunquam mihi quicquam obtigerit in vita, neque tam lætum, neque tam acerbum,  
quod tui nominis recordationem à sinu pectoris mei queat expellere.

Quoad hic animus in hoc corpusculo tenebitur alligatus, non exulabit meâ memoriâ  
Morus.

Citius futurum est, ut alterum in orbem tui memoriam mecum deferam, quam ut hic  
abjiciam.

Animam egero prius, quam te memoria tenere desiero.

Si quando corpus umbram suam poterit effugere, hic animus tui quibit oblivisci.

Non, antequam diem vitæ novissimum clausero, desiturus sum, tuam in me benefi-  
centiam circumferre.

Quam longa dabitur vita, tam erit longa tui memoria.

Par nobis erit memoriæ, vitæque modus.

Tui meminero, quoad auras carpsero vitales.

Ab sit, ut mihi brevior fuerit tui memoria, quam vita.

Quamdiu supererit Erasmus, tamdiu meminisse non gravabitur.

Vita orbabor, antequam tui me relinquer memoria.

Supero privabor lumine, ut priscorum more loquar, citius, quam Morus ex animo  
deleatur meo.

Ocyus hoc mihi corpusculum morte refrixerit, quam tui memoria frigeat  
apud me.

Inextinctam tui memoriam semper tenebo.

Quantum temporis anima fruar, sic enim loquitur Sallustius, tantundem tui me-  
minero.

Perpetim tui recordatus fuero.

Sine fine tui meminero.

Nulla res tui oblivionem mihi invexerit, nisi quæ me ex hac luce evexerit.

Orbem hunc verterim citius, quam animum huic tui memorem vertero.

Vita me exuerit is casus, qui tui importabit oblivionem.

Crudelibus umbris occubuerò, quemadmodum loquuntur Poëtæ, citius, atque tui re-  
colere memoriam desiturus sim.

Efferar ipse citius, quam tui memoria prosequetur.

Ne defunctus quidem tui potero oblivisci, nedum vivus.

Viventi mihi nunquam obsolescet hominis tam bene meriti recordatio.

Quando futurum est, ut apud Erasmum evanescat Mori memoriâ? nempe dum  
vita destituetur.

Usque eo tui memor ero; dum in vivis agam.

Usque dum spirabo, te corde gestabo.

Quamdiu dabitur anima frui, ut Sallustiano more loquar, non definam tui me-  
moriam frui.

## Præcepta Copiæ singularia.

*Quanam ais Præcepta Copiæ singularia?*

*Resp.* Supra allati tres Copiæ Fontes generatim rebus omnibus, quæ in orationem  
cadere possunt, multiplicem varietatem subministrant. Et è re fuerit, contingere quæ-  
dam

dam minus quidem generalia, quæ tamen in orationem veniant frequentissime, ut sunt:  
 I. Particulæ Coniunctivæ. II. Gradus Comparationum. III. De Virtutibus ac Vitiis.  
 IV. Affectionibus humanis. V. De Actionibus humanis. VI. De variandis Particulis.

## I. VARIATIO PARTICULÆ COPULATIVÆ.

### *Quomodo variantur Particulæ Copulativæ?*

*Resp.* 1. *Particulis aliis idem significantibus.* 2. *Formulis quibusdam, cum cæteris bonis Autoribus, tum Ciceroni maxime usurpatis.*

### *I. Particulæ Coniunctionis & æquivalentes:*

*Vir doctus est & probus.*

*Et doctus, & probus; Quemadmodum doctus, ita probus.*  
*Cum doctus tum probus; Simul doctus, simul probus.*  
*Pariter doctus, ac probus; Haud secus doctus, ac probus.*  
*Tam doctus, quam probus; Ut doctus, ita probus.*  
*Non minus doctus, quam probus; Non tantum doctus, sed & probus.*  
*Ex æquo doctus, atque probus; Non modo doctus, verum etiam probus.*  
*Æque doctus, ac probus; Juxta doctus, & probus.*  
*Æque doctus, atque probus; Similiter doctus, ac probus.*  
*Perinde doctus, ac probus; Non dissimiliter doctus, ac probus.*  
*Tum doctus, tum probus.*

*Sic dices: Vir est cum doctrinæ laude, tum pietate præstans.*

*Ut doctissimus, ita integerrimus.*  
*Æque litteratus, atque incorruptus.*  
*Exquisite doctus, itidem ac probus.*  
*Doctissimus idem, ac vir optimus.*  
*Vir ex æquo eruditus, ac probus.*  
*Non tantum doctus, sed & probus.*  
*Simul insigniter eruditus, simul integritatis maximæ.*  
*Vir optimus quoque, non modo doctissimus.*  
*Haud secus, juxta eruditus, ac probus, &c.*

### *II. Formulæ:*

*Haud minore probitate, quam doctrina præditus.*  
*Præterquam quod doctus, etiam optimus est.*  
*De quo dubites, doctior sit, an melior?*  
*In quo doctrina cum probitate ex æquo ceter.*  
*Qui litterarum laudem æquarit vitæ sanctimonia.*  
*Cujus eruditioni par morum integritas responderet.*  
*Qui cum insigni probitate, parem litterarum laudem copularit.*  
*Summa quidem eruditione, virtute tamen nentiquam inferior sese.*  
*In litteris egregius, nec sui dissimilis in probitate.*  
*Qui doctrinæ decora pari cum probitate conjunxerit.*  
*Cujus virtutem non minus, quam eruditionem suspicias, &c.*

## II. VARIATIO GRADUUM.

### *Quæ est ratio variandi gradus positivi?*

*Resp.* Variantur itidem Particulis augmentibus; vel minuentibus. Præpositio *per*, Comparativo æquivalens; ut: Homo prælongus; *per* pro Superlativo: Homo perdoctus; Res perdifficilis. Talia item sunt Adverbia:

Perquam litteratus, doctus.	Summopere eruditus, doctus.
Quam	Imprimis
Sane quam	In paucis
Nimis quam	Majorem in modum
Valde	Mire
Egregie	Exquisire

*Haud*

Haud vulgariter	-	Oppido	-
Insigniter	-	Supra modum	-
Magnopere	-	Præter modum	-
Maximopere	-	Singulariter	-
Unice	-	Impendio	-
Eximie	-	Impense	-
Effuse	-	Abunde	-
Affatim	-	Si quisquam	-
Plusquam	-	Dici nequit, quam	-

*Minuitur Positivus in has Formulas:*

Homo subtristis, subtimidus. Nonnihil agrestis. Utique doctus. Aliquantulum morosus. Homo dicaculus, putidulus, vaniculus. Non omnino indoctus.

*Quomodo variatur Comparativus?*

Resp. Primo: Ex Particulis nonnullis; perinde ac Positivus. Secundo: Verbis præcellentiam significantibus.

*Particulae sunt: v. g.*

Longe facundior Platone Cicero.  
 Multo, nimio eloquentior Platone divino Tullius.  
 Multis partibus uberioris sapientiae Plato, quam Tullius.  
 Pecuniae appetentior, quam gloriae.  
 Magis appetens pecuniae, quam &c.  
 Opum cupidus potius, quam laudis.  
 Non tam gloriae appetens, quam pecuniarum.  
 Minus honorum cupidus, quam divitiarum.  
 Haud perinde laudi inhians, quam nummis cumulandis.  
 Haud aequae, ac, &c.

*Verba præcellentiam significantia sunt:*

Præsto,	excellere,	antegredior.
anteſto,	prægredior,	antevenio.
præeo,	præverto,	anteverto.
supero,	prætero,	cedo.
supergrédior,	præhabeo,	decedo.
excedo,	antepono,	posthabeo.
post me relinquo,	præpono,	postpono.
Anteco,	antecedo,	secundus sum.
præcello,	antecello,	posterior sum. v. g.

*Juvenis ceteris diligentior.*

Diligentia reliquis præstat, antestat, præit.  
 Reliquos vincit, superat, excedit, post se relinquit.  
 Aequales industria antecit, antecedit, antecellit, antegreditur, antevenit.  
 Aequales, vel æqualibus studio præcellit, excellit, prægreditur, prævertit.  
 Aequalibus præferendus, præhabendus, anteponendus.  
 Cujus diligentia cedunt reliqui, postponendi, posthabendi, secundi, posteriores sunt.

*Quomodo variatur Superlativus?*

Resp. 1. Particulis: Longe, facile, v. g. Doctissimus.

2. Cum hic gradus rem maxime extollat, imprimis variandum erit generale Vocabulum. Omnis; cujus Synonyma vel Aequipollentia sunt: Cunctus, Univerſi, Quisque, Unusquisque, Quicumque, Quilibet, Quivis. Item: Quantuscunque, Quotcunque, Qualiscunque. Huc pertinent Adverbia: Utcunque. Quantumcunque, Quantumvis.

Nullus non, Nemo non, Quivis non, Haud quisquam, Quantum est hominum, Quidquid est hominum.

3. Valent hæc Synonyma, sequentibus Formulis, quibus principatus significatur, adjuncta:

Cicero, quo non alius eloquentior.  
 Hæmo quidvis potius, quam indoctus.  
 Doctrina nulli inferior.  
 Eruditionis palmam omnibus præripit.

Ele-



Eloquentiam artem tenet.  
 Facundia nullo non prior, potior.  
 Facundia primas haud dubie obtinet.  
 Præter cæteros eloquens.  
 Facundus ultra humanum modum.  
 Primus haud dubie Oratorum Cicero.  
 Unicus propè in civitate opulentus.  
 Tam dives, ut cum eo nemo omnium conferri possit.  
 Doctus adeò, ut magis non possit.  
 Tam eloquens, ut nemo ei æquandus.  
 Adeò doctus, ut parem habeat neminem.  
 Opulentus quàm qui maxime.  
 Solus propè Orator, cujus facundia nemo principatum denegat.  
 Supra mortales omnes eloquens.  
 Quis est, qui ei se comparare ausit?  
 Quem reperies æque opulentum.  
 Opulentes omnes longo post se intervallò relinquit.  
 Opulentia nulli secundus.  
 Facundia laude nemine posterior.  
 Dominatur, regnat in pulpito.  
 Opibus præcul à se relinquit omnes.  
 Quem unum nemo exæquet.  
 Doctrina in eo tanta, quantam homo capere possit.  
 Cui omnes meritò concedant, cedant.  
 Cui comparatus nemo non infacundus videri queat.  
 Exemplar omnis facundia Cicero.  
 Hujus doctrinam nemo assequatur.  
 Ad tantam facundia laudem quis est, qui aspiret?  
 Iis opibus, ut ad illum, præ illo quisque egenus videatur.  
 Quò quantumcunque docti minus se doctos profiteantur.  
 Quo facundius excogitari nihil possit.  
 Signifer quidam, dux, lumen, thesaurus omnigenæ doctrinæ.  
 Quicum nemo in contentionem venire possit.  
 Doctior, quàm credi possit.  
 Sine controversia quovis hominum eruditior.  
 Cujus eloquentiam nulla cujusquam qualiscunque facultas æquiparet.  
 Ad cujus eruditionem nemo unus accedat.  
 Cujus doctrinæ addi nihil possit.  
 Tanta illi opulentia, quanta potest esse maxima.  
 Omnium consensù ditissimus.  
 Orator est singularis sine æmulo.  
 Nihil unò illò facundius.  
 Cui collatus nemo non minor fit.  
 Modulum humanæ doctrinæ excedit.  
 Facundia immanè quantum præit, præcurrit disertos omnes.  
 Multi videntur, hic unus disertus est.  
 Utcumque doctos tulerint sæcula, parem non tulere.  
 Omnes à tergo relinquit.

4. Variatur Superlativus eleganter per *Hyperbolem* seu *Superjectionem*, ita dictam Rhetoribus, quod rem ultra verum extollas; vel per *Comparisonem* aliquam, e Fabulis Historia, Natura ipsa petitam; ut si dicas: Ipsa nequitia nequior; Monstro monstrosior; Facundia eloquentior; peste nocentior; Luce clarior; Nocte tenebrosior.

*E Fabulis*: Jano providentior, Cælo antiquior, Cybele fecundior, Gigantibus audacior; Ganymede formosior, Icaro magis temerarius, Mercurio facundior, Æolo levior, Sileno rusticior, Satyro salacior, Venere formosior, Rhadamanto justior, Cerbero acerbior, Hercule robustior, Atreæ crudelior, Theseo fidelior, Achille generosior, Therfite stolidior, Ulyssæ callidior, Nestore annosior.

*E verum Natura*: Vitro fragilior, Anguilla lubricus magis, Melle dulcior, Nive candidior, Oleo tranquillior, Buxo pallidior, Glacie frigidiior, pluma levior, Morte odiosior, Fonte purior, Pumice aridior, Euripe volubilior, Oculis clarior, Stipite tardior, Muliere loquacior, Cervo vivacior, Lepore umidior, Vulpe fraudulencior, Asellò tardior, Hirco salacior.

*Ex Historia:* Numa religiosior, Tarquinio superbiior, Scipione felicior, Pompeio major, Gracchis seditiosior, Catone severior, Fabio lentior, Hanibale vafrior, Nerone atrocior, Tiberio callidior, Trajano melior, Iro pauperior, Creso ditior, Socrate sanctior, Chrysippo acutior, Lynceo perspicacior, Aristide iustior, Alcibiade nequior, Cleopatra mollior, Milone fortior.

### III. VARIATIO VIRTUTUM AC VITIORUM.

*Quomodo variantur Virtutum ac Vitiiorum Nomina, de quibus sermo incidit toties?*

*Resp.* Primum est, ut Substantivum Adjectivo immutes, ac vicissim; ut: *Probus, Probitas*; *Fortis, Fortitudo*. 2. Hæc Adjectiva cum Verbo *Sum* varie efferuntur, nempe in *Genitivo*. Singularis constantia vir; vel *Ablativo*: Magna humanitate est; vel: Cui summa humanitas. 3. Multum ad varietatem & elegantiam valent Adjectiva quædam quæ tum personæ, de qua sermo, tum virtuti ipsi tribuntur: v. g.

#### Personæ.

Excultus,  
Instructus;  
Præstans;  
Florens,  
Insignis,  
Conspiciendus,  
Summus,  
Celebris,  
Affluens,

Perpolitus,  
Nobilis,  
Pauca conferendus,  
Illustis,  
Conspiciuus.  
Præditus,  
Facile princeps,  
Eminens,  
Abundans,

Ornatus.  
Clarus.  
Nemine inferior,  
Eximius.  
Exornatus.  
Spectabilis,  
Inclytus,  
Fulgens.  
Notissimus.

#### Virtutis.

Commemorabilis,  
Singularis,  
Excellens,  
Divinus,  
Incomparabilis,  
Illustis,  
Infinitus,

Rarus,  
Non vulgaris,  
Egregius,  
Luculentus,  
Admirabilis,  
Præstans,  
Conspiciuus,

Exquisitus.  
Præcipuus.  
Summus.  
Exploratus.  
Ingens.  
Eximius.  
Eminens.

*Incredibilis: Raræ modestiæ juvenis. Commemorabili pietate mater. Exquisita prudentia senator. Singulari humanitate hospes. Non vulgaris religionis sacerdos. Præcipua solertia famulus. Excellente beneficentia patronus. Egregiæ docilitatis adolescens. Summa morum gravitate senex, &c.*

*Divina quadam mansuetudine præditus Princeps.*

*Ad omne decorum excultus.*

*Luculenta humanitate perpolitus.*

*Explorata constantia præditus.*

*Incredibili sapientia instructus.*

*Incomparabili generositate clarissimus.*

*Admirabili morum integritate præstans.*

*Eximia moderatione conspicuus.*

4. Majorem varietatem creabit *Æquivalentia*, si nempe per negantem Formulas vitium oppositum, aut si de vitio sermo est, virtutem removeas. Virtutum ac vitiiorum Indiculum atterere visum est.

#### Indiculum Virtutum & Vitiiorum.

Sapientia, sapiens.  
Sagacitas, sagax.  
Docilitas, docilis.  
Lepor, Lepidus,  
Industria, industrius.  
Ingennitas, ingenuus.  
Concinnitas, opportunus.  
Sinceritas, sincerus.  
Simplicitas, simplex.  
Subtilitas, subtilis.  
Decorum, decorus.  
Urbanitas, urbanus.  
Circumpectio, circumspectus.

Stultus, stultitia  
Stolidus, stoliditas.  
Stupidus, stupiditas.  
Insulsus, insulitas.  
Ignavus, ignavia.  
Rusticus, rusticitas.  
Inconcinnus, importunitas.  
Astutus, astutia.  
Dolosus, dolus.  
Fatuus, fatuitas.  
Ineptus, ineptia.  
Inurbanus, inurbanitas.  
Temerarius, Temeraritas.

Gravitas, gravis.  
 Iustitia, iustus.  
 Prudentia, prudens.  
 Abstinencia, abstiens.  
 Affabilitas, affabilis.  
 Beneficentia, beneficus.  
 Benignitas, benignus.  
 Benevolentia, benevolus.  
 Fortitudo, fortis.  
 Charitas, charus.  
 Castitas, castus.  
 Constantia, constans.  
 Continentia, continens.  
 Comitas, comis.  
 Mansuetudo, mansuetus.  
 Pietas, pius.  
 Diligentia, diligens.  
 Solertia, solers.  
 Spes, sperans.  
 Fidelitas, fidelis.  
 Generositas, generosus.  
 Gratus animus.  
 Modestia, modestus.  
 Moderatio, moderatus.  
 Humanitas, humanus.  
 Innocentia, morum, innocens.  
 Liberalitas, liberalis.  
 Misericordia, misericors.  
 Munditia, mundus.  
 Obedientia, obediens.  
 Patientia, patiens.  
 Pudicitia, pudicus.  
 Pudor, pudicus.  
 Puritas, purus.  
 Religio, religiosus.  
 Sobrietas, sobrius.  
 Studiositas, studiosus.  
 Taciturnitas, taciturnus.  
 Temperantia, temperans.

Levis, Levitas.  
 Injustus, injustitia.  
 Imprudentia, imprudens.  
 Avarus, avaritia.  
 Morosus, morositas.  
 Tenax, tenacitas.  
 Invidus, invidia.  
 Malus, nequam, malitia.  
 Timidus, timiditas.  
 Inimicus, inimicitia.  
 Luxuria, luxuriosus.  
 Mutabilis, mutabilitas.  
 Incontinens, incontinentia.  
 Arrogans, arrogantia, fastus.  
 Crudelis, crudelitas.  
 Impius, impietas.  
 Negligentia, negligens.  
 Iners, inertia.  
 Desperans, Desperatio.  
 Perfidus, infidelitas.  
 Humilis, humilitas.  
 Ingratus.  
 Ambitiosus, ambitio.  
 Immoderatus, perulantia.  
 Inhumanus, inhumanitas.  
 Licentiosus, licentia.  
 Sordidus, prodigalitas.  
 Durus, feritas.  
 Vanus, vanitas.  
 Pervicax, contumacia.  
 Impatiens, impatientia.  
 Impudicus, impudicitia.  
 Impudens, impudentia.  
 Impurus, impuritas.  
 Superstitiosus, superstitio.  
 Ebrius, gula.  
 Piger, torpor.  
 Garrulus, scurrilitas.  
 Intemperans, intemperantia.

Negantes ejusmodi Formulæ sunt: *Minimè. Nihil minus quam. Cui nihil inest. In quo nihil reperias. Remotus à. Alienus. Abhorrens. Vacuus.* De vitiis vero: *Aversus. Inops. Destitutus. Ignarus. Immemor. Expers. Derelictus. Oblitus: v. g. Liberalis; Minimè sordidus. Abstiens; Nihil cupidus. Fidelis; Nihil minus, quam perfidus. Castus; Remotus ab omni luxuria. Sincerus; Abhorrens à male dolo. Ingenius; Ab omni rusticitate remotus. Gravis; A levitate alienus, &c.*

## De vitiis.

*Crudelis; Omnis humanitatis oblitus. Ambitiosus; Ab omni modestia destitutus. Petulans; Moderationis immemor. Impudens; Pudoris inops. Incultus; Ab omni lepore derelictus, &c.*

## IV. VARIATIO AFFECTIONUM HUMANARUM.

*Quomodo variantur ea, quæ ad humanas affectiones pertinent?*

*Resp.* Affectiones hæ, quibus nempe varie afficiuntur homines, etiam motiones vocantur & *Perturbationes*, & vulgariorum *Passiones*, quod iis graviter perturbentur, & agantur animi. De earum numero disputant Philosophi. Aliæ *vehementes* sunt seu *violente*, *leniores* aliæ. Inter *vehementes* sunt: *Amor*, & quæ huc pertinent, *Cupiditas* seu *Cupiditates*, *Libidines*, *Avaritia*, *Desiderium*. *Ira*: *Odium*, *Indignatio*, *Invidia*, *Vindictæ studium*, *Furor*, *Audacia*, *Rabies*. *Dolor*; *Tristitia*, *Sollicitudo*, *Anxietas*, *Desperatio*, *Timor*. *Lenioribus* accensentur *Spes*, *Miseratio*, *Lætitia*, &c.

Hæ perturbationes gradus suos habent & naturalem progressionem. *Primo* enim *arcere* à me iram v. g. studeo. 2. Tum causa aliqua *moveo* ad iram; itaque. 3. *Concipio* iram; subinde 4. *Angetur* ira. 5. *Sum*, Veror in ira. 6. *Alias minuitur*, & 7. tandem *à me deponitur*. Singuli gradus varietatem admittunt lætissimam, quæ non affectionibus tantum

tantum supra memoratis, sed & magnam partem virtutibus vitis que cum delectu attribui potest & applicari, excepto gradu quinto *sum, versor in ira*; quæ enim ad id varian- dum infra subjicientur verba, violentis affectibus maximè conveniunt.

### I. *Quibus modis variatur*: Arcere à se affectionem?

*Resp.* Declinare, repellere, vitare, excludere, defendere amorem. Iter obsepire, vitam præstruere, aditum præcludere, reniti, obistere, prævertere, obitare, occurrere, obluetari, opponere se, repugnare, resistere amori. Abstinere, continere se ab amore. Immunem esse ab, obmunire se amore. Pugnare in amorem. Prohibere à se amorem. e. g. Declina, quantum potest, longe à te repelle, cautè devita, excludè à te cupiditates effrenatas. Obsta principiis, vitam præclude, occurre, præverte libidinum fomentis. Immunem te serva, contine te ab ira &c.

### II. *Qui variatur illud*: Moveri, incitari ad affectionem aliquam?

*Resp.* Incitare, irritare, pellicere, illicere, allicere, movere, commovere, insi- gare, pertrahere, impellere, adducere, conjicere, trahere, sollicitare, agere, redigere aliquem ad vel in iram. Inflammare, incendere, irretire, illaqueare, constringere, affla- re, illigare aliquem amore. Cere, creare, asserre, offerre, insigere, injicere, conflare, obtrudere, ingerere, inserere alicui amorem: e. g. Diâis obscenis faciliè ad inhonestas, amores, libidines trahuntur, pelliciuntur, incitantur, &c. adolescentes improvidi. Levi sæpe momentò inflammamur, incendimur, exardescimus, irretimur, inanum rerum deside- rio. Unicum verbulum ei magnum dolorem iniecit, afflavit, concivit, obtulit, &c.

### III. *Ut variatur*: Concipere, seu admittere affectionem aliquam?

*Resp.* Addicere, dedere, tradere, committere, permittere, patefacere se dolori. Viam pandere, aditum præbere locum dare, cedere, succumbere, concedere dolori. Nascitur, oritur, oboritur, progignitur dolor. Haurire, degustare, concipere, suscipere, delibare, admittere, ingredi dolorem. Incidere, prolabi, delabi, agi, invadi in dolorem. Exardescere, capi, tangi, vinci, contingi dolore. Immigrat in me dolor: e. g. Victus tandem cessit, se dedit, permisit, patefecit, aditum dedit voluptati. Cupiditate tacitus, captus est. Amor in eum immigravit. Ex aspectu uno ingens in ejus animo ortus, enatus ardor. Incidit, delapsus est in amorem. Haurit totis pectoribus, suscepit, admisit amo- rem &c.

### IV. Augere affectionem.

Acuere, exacuere, alere, pascere, nutrire, amplificare, exaggerare, armare, in- tendere, confirmare, corroborare, augere, fovere timorem. Adolefcit, inolefcit, invalefcit, ingravescit, incrementum capit, crescit, gliscit timor. Fomentum dare, accessionem fa- cere timori: e. g. Ejus rei memoria mirum in modum intendit, acuit, exaggeravit, cor- roboravit hominis tristitiam. Ex ea commemoratione crevit admodum, invaluit, ado- levit doloris acerbitas, &c.

### V. Esse, versari in perturbatione.

Percussus, percitus esse, æstuare, exæstuare, agitari, agi, subigi, angî, exerceri, ardere, cæcari, obcæcari, calere, accendi, capi, fervere, flagrare, implicari, depravari, corripî, abripî, irretiri, mancipari, insanire, stimulari, æfferri, effarari, vinci, absorberi, obstringi, torpere, tumere, turbari, perturbari, duci, inflammari, affligi, afflicti, furere, languere, ligari, constringi, impelli, impleri, repleti, opprimi, dissolvi, attingi, offusca- ri, urgeri, perire, concitari, mergi, emori, interimi, discerpi, exedi, erodi, confici, differri, configi, frangi, laniari, disruciari, excrucuari, raptari, morderi, dilaniari, sterni, cruen- tari, affici, confundi, elidi, permisceri, commoveri; enervari, obnubilari, depasci, sauciari, consauciari, vulnerari, torreri, distrahi, convelli, tabescere, torqueri, vexari, devorari, uri, confodi, exculcerari, jugulari, excarnificari, lacerari, divelli amore cupi- ditatibus, ira, dolore, invidia, vindictæ studio, tristitia, sollicitudine. Indulgere, obse- qui, servire, morem gerere, parere, obtemperare, morigerari, satisfacere, dedere se, tradere se amori, cupiditatibus, iræ, dolori &c. e. g. Homo metu percussus, percitus, sui impotens. Homo ardens irâ, æstuans, cæcus, obcæcatus, fervens, flagrans, inflam- mus iracundiæ facibus &c. Invidiæ stimulis confossus, laniatus, cruentatus, convulsus, commotus, &c. Torquent hominem, devorant, urunt, jugulant cupiditates effrenatæ. Indulget maleficus libidinibus suis, morem gerit, &c.

### VI. Af-

## VI. Affectionem minuere.

Domare, hebetare, cohibere, frangere, placare, infirmare, levare, sedare, castigare, frenare, delinere, demitigare, placare, dissipare, coercere, temperare, refrenare, emendare, comprimere, oppugnare, promere, sanare, corrigere, moderari, refrigerare, inhibere, mollire, eripere, suppressere, iracundiam. Mederi, modum ponere iracundiae. Deficit, subsidit, frigidit, migrat, remittit iracundia: e. g. Amicorum monita domare utcumque, hebetant, placant hominis impotentiam. Exemere homini furorem. Ex eo auncio remittit, subsidit, lenitus est paulum dolor. Philosophia hominis ardentem indolem correxit, suppressit, emollivit, temperavit, castigavit, fregit, &c.

## VII. Affectionem deponere.

Explicare, disjungere, expedire, depurgare, eliberare, exsolvere, absolvere, abstrahere, evolvere, eripere, avertere se à dolore. Abdicare, egerere, ejicere, rejicere, ejurare, ablegare, relevare, proscribere, amoliri, amittere, missum facere, exonerare, depellere, ponere, repudiare, abruptare, extinguere, restinguere, extirpare, eradicare dolorem. Evellere, exurere, segregare, expungere, eradere, submovere, excludere, secludere, exturbare, abigere, exigere, exterminare, eliminare, eruere ex animo dolorem. Finire, profligare, fugare, vincere, deserere, extrudere, excutere luctum. Renunciare iræ. Migrat, exarscit, exolescit, definit, emoritur amor. Transfugit, decedit, remittit, interit, extinguitur, conquiescit dolor. E. g. Torus à se alius est, amores omnes ex animo ejecit, emovit, erexit, abegit suo, ut tam non eundem hominem crederes. Restincta, oppressa tandem est illa libidinum sævities. Segregavit à se, disjuxit amores, se ab amoribus segregavit. Conquievit, remisit, decessit, excussus, eliminatus, exterminatus est furor, &c.

## V. VARIATIO ACTIONUM HUMANARUM.

*Qui variari possunt ea, quæ actionem humanam significant?*

*Resp.* Quamvis etiam de rebus naturalibus &c. artefactis copiose loqui liceat, varietatem tamen maximam sibi comparare oportebit in iis, quæ ad actiones humanas pertinent; nempe & consuetudinis quotidianæ, ac Poeticæ, Rhetoricæ, Historicæ princeps materia, ac propè unicum argumentum. Præcipue creberrimæque in sermonem venientes Actiones sunt; Bellum gerere, pacem icere, litteris studere, causas agere, edificare, mercari, magistratum gerere, &c.

Ad Elocutionis varietatem eadem hic, quam de Affectionibus supra attulimus, methodus subservit, aut paulum deflecta. Habent enim & nostræ actiones progressionem suam, gradusque inter se communes; ut;

1. Cogito de bello, pace &c.
2. Dubito, quid eligendum.
3. Moveor rationibus, auctoritate &c.
4. Statua, rem amplecti.
5. Incipio bellum &c.
6. Ago, prosequor cepta.
7. Perficio, vel
8. Remitto, vel
9. Omitto ac desino omnino.

